met

Inde dicitur id quod cõstringit aliquam rem & simul continet quasi clausura. Exodi 25. Facies q̃ illi labium aureum per circuitum & ipsi labio coronam interrasilẽ altam quatuor digitis & super illam alteram coronam aureolam: Quod de uerbo ad uerbum sic ponitur: Facies q̃ illi cõplexum siue marginem aureum circulariter, & facias ei clausuram pugillarem, hoc est, ad mẽsuram pugni circulariter, & facias peripheriam seu continentiam auream ipsi clausuræ circulariter. Item aliud uerbum graue הִסְגִּיר Leuitici 13. Recludet eum sacerdos septem diebus.

סָגַר Tradidit. Deuteronomij 23. Non trades seruum domino suo: & 1. Regum 23. Si tradent me uiri Keilæ: & hoc significatum quodammodo assimilatur superiori: unde sæpius promiscue trãsfertur: sicut 1. Regum 26. Concluſit deus inimicũ tuũ hodie in manus tuas: quod alij interpretantur tradidit. סָגֹר Aurũ sæpius purgatum atq; optimum, & dicitur græce aurum obrizon, id est, secundum Suidam aurum sæpe probatũ igne ac puriſſimum. Ego uocabulũ illud græcos putarẽ ab insula Ophir denominasse, ut supra in dictione Ophir ostẽdimus. Sic legitur Iob 28. non dabitur aurum obryzum pro ea. סַגְרִיר Instrumẽtum bellicum, quod spatham, frameam, mucronem seu gladium appellant: Psalmo 35. Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequuntur me: quod Hebræorũ aliqui non minus docte sic legũt: Arma capesse, lanceam & spatham in occursum persecutorũ meorum. סַגְרִיר Imber seu impetuosa pluuia, trãslatio nostra frigus traduxit. Prouerbiorum 27. Tecta perstillantia in die frigoris: quod Hebræi sic legunt. Impluuium assiduum in die impetuosi imbris: fortasse à claudendo, quia impetuosus imber recludit homines in domibus ne spacientur.

סַר Lignum quo pedes uinctorum continentur: eam ligaturam translatio nostra neruum uertit. Iob 13. Posuisti in neruo pedem meum.

סָרִין Linteum, sindon. Prouerbiorum 31. Sindonem fecit & uendidit, & pluraliter Iudicum 14. Triginta sindones & totidem tunicas: nos uulgo camisias lineas dicimus.

סֵדֶר Directio, ordo siue ordinatio. Iob 10. Et nullus ordo, hebraice sic, & nõ ordines. Inde gradus ordinati ad modum cochleę ad introitum domus uel uestibulum accepta per prothesin mem litera & in fine paragoge מִסְדְּרוֹנָה translatio nostra posticum uertit. Iudicum 3. Per posticum egressus est Ehud. Est quãdo transmutatur samech in schin consonantem, ut sæpe in alijs quoq;.

סַהַר Rotundum & politum ut splendeat, quod translatio nostra uertit tornatile. Canticorum 7. Umbilicus tuus crater tornatilis. Inde species quędam monilium quibus ornatur cingulus aut phalera, scilicet folium rotundum de metallo polito ad modum corporis lunaris, quod translatio nostra uertit lunulam, & tamen quandoq; scribitur schin litera loco samech. Isaiæ tertio. Et lunulas & torques. סֹהַר Vincula, carcer. Genesis 40. Misit eos in carcerem, ubi ponitur domus uinculorum.

סוּג Declinauit, uertit, recessit, redijt: secundo Regum primo. Sagitta Ionathæ nunquã redijt retrorsum, quam uis quandoq; scriptum sit per sin, hoc fit

Cim. F. 4318

tamen loco ſamech. Item Sophoniæ 1. Et qui auertuntur depoſt tergum domini: & Pſalmo 129. Confundantur & conuertantur retrorſum. Inde quidam deriuant סְגַ ſpurcum, obſcœnum, lutulētum, fœdum, ſordidum & abominabile: Pſalmo 53. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: quod de uerbo ad uerbum ſic intelligunt: totum ſpurcicia, ſimul fœtuerunt ſeu abominabiles facti ſunt: & Prouerbiorum 14. Viſs ſuis replebitur ſtultus, quod Hebræi legūt, de uiſs ſuis replebitur ſpurcus corde. Nam corde eſt de textu aſteriſco notandum: logici unum ex quinq; prædicabilibus ſic nominant quod genus dicimus. סוּגָה Regionatio, diſterminatio, limitatio, ſepes. Cāticorum 7. Vallatus lilijs.

✻ סוֹד Arcanum, ſecretum, myſterium, ſacramentum: Pſalmo 25. Firmamentum eſt dominus timentibus eum: quod rectius uertit Hieronymus: ſecretum domini timentibus eum. Vnde alij dicere uolunt, conſilium ſilentiariū, quia ſecrete teneatur: uide Lyram eodem in loco. Sic Amos 3. quia non faciet dominus deus uerbū niſi reuelauerit ſecretū ſuum ad ſeruos ſuos prophetas: ſed Ieremiæ 15. Non ſedi in conſilio ludētium: & Pſalmo 111. In conſilio iuſtorum & cōgregatione. Cabaliſtæ myſterium & ſacramentum interpretantur.

✻ סָוָה Velauit, & præpoſitione mem literæ ſignificat uelamen. Exodi triceſimoquarto. Poſuit uelamen ſuper faciem ſuam. Vnde propter facilē tranſitum ſamech in ſin literā, Cabaliſtæ noſtri temporis nomen Iheſuh ſaluatoris interpretantur deum uelatum, ſicut in Capnionę noſtro & eius libri uolumine tertio ſcripſimus.

✻ סוּךְ Perfudit, inunxit. Danielis decimo. Sed neq; ungento unctus ſum: & Ruth tertio. Lauare igitur & ungere. Rabi Ionas geminando finalem literam dixit ſignificari ungentum precioſiſſimū quo maximi reges ſolebant inungi. Vnde loquitur propheta de principe Tyri, Ezechielis uiceſimooctauo. Tu Cherub extentus & protegens, ubi Septuaginta unctus tranſtulerunt, & ſecundum allegatum rabi Ionam ſic legendum eſt: Tu Cherub unctus precioſiſſimo ungento, id eſt, maieſtate præditus: & hæc lectio multum placet magiſtris Hebræorū, & maxime rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus: & prępoſito mem ſignificatur ſecundum pręceptorem meum rabi Iacobum Iehielem urceolus olearius: quarto Regum quarto. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea niſi parum olei quo ungar: rectius ſic, niſi urceolū olei. Indicauit enim mulier ad neceſſitatem famis & non ad ſuperfluitatem unctiōis aliquantulum ſibi ſupereſſe, & ſic quo ungar non eſt de textu hebraico ſed obeliſco perimēdum. Dauid Kimhi interpretatur aſuch lagunculam olei, ab hoc uerbo, per protheſin aleph.

✻ סוּךְ Purgauit: 1. Regum 24. Ingreſſus eſt Saul ut purgaret uentrem: & Iudicū 3. Forſan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo. Hic modus loquēdi pertinet ad omnem curam rerum neceſſarioincumbentiū, & ita Ionathas Chaldęus interpretat, Ingreſſus eſt Saul ad faciendū neceſſaria: alij deriuāt à נְסַךְ alij à סָבַר

✻ סוּס Equus: Pſalmo 32. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Exodi 14. Et omnis equitatus Pharaonis: qđ etiā in fœ-

minino

minino genere dicitur Canticorū 1. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te. סוּס Species auis, quam autores uarie nominant. Nam Isaiæ 38. dicitur. Sicut pullus hirundinis, sed sunt ibi duo diuersa uocabula per articulū hypodiastolis distinguenda, ut sit sensus. Sicut hirundo & grus seu ardea uel ciconia: alij cornicem uocant. Symmachus non aspexit orthographiam & ergo errauit transferens: sicut hirundo inclusa. Inuenitur in hac eadem dictione uau mutari in iod. Ieremiæ 8. Turtur & hirūdo & ciconia, ubi Symmachus pro hirundine transtulit cicadam. Vide quanta sit dubitatio in uocabulis rerum non solum latinis uerum etiam Hebręis.

✻ סוּף Defecit, desijt, finiuit, terminauit. Esther 9. pro eo quod post longos ambages translatio nostra oratorie uertit. Isti sunt dies &c. sic hebraice legitur, Et dies sortium isti non pręteribūt de medio Iudæorum & memoria eorum non desinet uel finietur à semine illorū, sequitur. Et scripsit Esther regina &c. Inde nomē סוֹף finis seu terminus. Ecclesiastis 12. Finē loquendi pariter omnes audiamus, & eiusdem 7. In illa enim finis cunctorū admonetur, & caue ne coincidas cum alio uerbo אָסַף quod cōgregare significat, ut in litera aleph ostendimus, ut Gen. 25. Cōgregatus q; est ad populū suum, sic enim facile tibi error cōtingeret, ut Sophonię 1. Cōgregans congregabo omnia à facie terrę dicit dns, congregās hominem & pecus cōgregans uolatilia cœli & pisces maris: quod Septuaginta interpretes rectius traduxerunt sic, Defectione deficiat à facie terrę dicit dominus deficiat homo & iumenta deficiant uolatilia cœli. סוּף Papyrus, iūcus, uel carex. Exodi 2. Et exposuit eum in carecto, & infra: fiscellā in papyrione, quasi diceret in iunceto. Rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs super Ionam scribit uocari algam: est autem alga herba quę nasci tur in aquis, secundum alios fucus marinus nominata, sic enim Suidas ait: Fucus est graminosum seu graminetum maris. Vnde mare rubrū sic dicit יַם סוּף Psalmo 106. Et irritauerunt eum ascendētes mare rubrum: & infra eodē, Et increpuit mare rubrum, id est, caricosum. סוּף Ripa, extremitas, litus, summitas, & fortasse à primo deducit, 2. Paralip. 20. Et inuenietis illos in summitate torrentis.

סוּף Procella, fluctus, pelagus. Ionę 2. pelagus operuit caput meum, quod Ionathas chaldaice exponit mare papyri.

סוּפָה Tempestas, turbo, uentus boreas. Isaiæ 17. Et sicut turbo coram tempestate: alius, sicut globus ante turbinē: & Iob 21. Et sicut fauilla quam turbo dispergit: & Nahum 1. Dominus in tempestate & turbine uię eius.

✻ סוּר Recessit, declinauit, destitit. Numeri 12. Nubes quoq; recessit quæ erat super tabernaculo: & Psalmo 37. Declina à malo & fac bonū: & Psalmo 119. Declinate à me maligni. Quia uero ut supra ostēdimus facile transit samech in sin & econuerso, iccirco reperit hoc uerbū quandoq; per sin scriptū: ut Oseæ 9. Sed & uę eis cum recessero ab eis, inde uerbū graue seu transitiuū הָסִיר id est, facio recedere. Deuteronomij 7. Auferet dominus à te omnem languorem, id est, recedere faciet, & in alia forma scilicet passiuo neutra סָר Exodi 3. Cernens autē dominus quod pergeret ad uidendū, id est,

si sic loqui liceat quod fieret declinare ad uidendum, & supra eodem. Vadã & uidebo uisionem hanc, id est, fiam recedens & uidebo &c. סר Factum est putidum & fœtidũ. Oseę 4. Separatũ est conuiuium eorum, id est, putidum & fœtidum factum est, hoc est, tãtum uini potauerunt ut conuiuium eorum ebrietate grauiter oleret. Ionathas chaldaice principes potatorũ hoc uocabulo notat quasi scriberetur per sin literam. סרה Aba lienatio, apostasia, discessio, plaga, error, auersio, & secũdum rabi Salomonẽ est dogma peruersum de eo quod neq; fuit neq; creatũ est in seculo. Deuteronomij 13. Propheta aũt ille aut fictor somniorũ interficiet quia locutus est ut uos auerteret à domino deo uestro, hebraice sic, quia locutus est peruersum dogma contra dñm deum uestrũ. Inde uerbum transitiuũ secũdi הֵסִיר Iob 27. Viuit deus qui abstulit iudicium meum, id est, fecit errare. סוררה Geminata finali litera à superiore deriuatur, & significat peruertit, abalienauit: Threnorum 3. Semitas meas subuertit, & Oseæ 4. Sicut uacca lasciuiens declinauit Israël, ubi ad imitationem primi uerbi translationem habes. Significat autẽ propheta peruersum incessum sub iugo: sic eiusdem 9. Omnes principes eius recedentes, quod Hieronymus in cõmentarijs secundum mentẽ Septuaginta interpretũ inobedientes traduxerunt, uult dicere peruerse incendentes, sic Zachariæ 7. Et auerterunt scapulam recedẽtes, pro quo Septuaginta sic, & dederunt dorsum contẽnentes, quid multis? omnia eiuscemodi uidẽtur in unam significationẽ tendere quantumuis transferantur uarie: ut Isaiæ 65. Ad populum incredulum, & Deuteronomij 21. Filium contumacem & proteruum, & infra eodem, filius noster proteruus & contumax est, & sic de alijs.

✻ סרת Velamen, uestimentum, pallium. Genesis 49. Et in sanguine uuæ pallium suum: & Genesis 20. hoc erit sibi uelamen oculorum.

✻ סָחַב Detraxit, deiecit seu abiecit: 2. Regum 17. Circumdabit omnis Israël ciuitati illi funes & trahemus eam in torrentem: & Ieremiæ 49. si non deiecerint eos paruuli gregis. Inde dicuntur laceræ ueteres panni detracti & abiecti. Ieremiæ 38. Et tulit inde ueteres pannos: & paulo inferius. Pone ueteres pannos.

סָחָה Abrasit, detriuit. Ezechielis 26. Et radam puluerem eius de ea. Inde סְחִי nomen fœditatis & superfluitatis quæ ab aliqua re eraditur, Threnorum tertio. Erasionem & abiectionem posuisti me.

✻ סָחַת Computruit. Ieremiæ 46. Quare computruit fortis tuus.

✻ סָחַר Vertit, conuoluit, gyrauit, circuiuit. Ieremiæ decimoquarto. Propheta quoq; & sacerdos abierunt, id est, circuierunt & more uertiginosorum gyrauerunt in terra, & geminata syllaba finali Psalmo triceſimooctauo. Cor meũ cõturbatũ est dereliquit me uirtus mea, id est, cor meũ instar trochi gyrauit uel circũuoluitur non habens requiem, quapropter Hieron. in suo Psalterio traduxit cor meum fluctuauit. Vnde Onkelus uolẽs interpretari chaldaice eũ locũ quo scribitur Gen. 42. Auertitq; se parũper: qđ rectius legit, uertit se ab eis & fleuit, hoc præsenti uerbo usus est. Quia uero mercator seu negociator continuo hinc

& inde

& inde uadit pro emundis uendundisq; mercimonijs, iccirco etiam tali uocabulo nominatur. Geneſis 23. ubi hebraice legitur: quadringẽtos ſiclos argẽti trãſeuntis mercatori, ibi translatio noſtra habet: argenti probatę monetę publicę. Sic Geneſis 37. Et prætereuntibus Madianitis negociatoribus: & à gyro ac circuitu rotunditatis dicitur parma quã in prælio pugiles ſiniſtra ferunt in modum ſcutellæ: Pſalmo 91. Scuto circumdabit te ueritas eius: quod Hebræi legunt, ſcutũ & parma. Hieronymus ſic, ſcutũ & protectio. סַחְרֶת Lapis precioſus, quem translatio noſtra lapidem parium nominat. Eſther 1. Et pario ſtratum lapide.

סַחִישׁ Propago quæ ex radicibus ſeminis oritur: noſtra translatio habet poma. Iſaiæ 37. Et in anno ſecundo pomis ueſcere: licet autem hoc loco præſens dictio à ſin litera incipiat & in ſamech deſinat, tamen hoc non facit diuerſitatem ſignificationis. Talis enim literarum metatheſis in ſacra ſcriptura ſępe fieri cõſueuit: recte namq; ipſa reperitur: 4. Regum 19. In ſecundo autem anno quæ ſponte naſcuntur.

סִיג Rubigo, ſcoria. Iſaiæ 1. Argentum tuum uerſum eſt in ſcoriam, & infra eodem, & excoquam ad purũ ſcoriam tuam: & Prouerbiorum 25. Aufer rubiginem de argento.

סִיר Chaldare, lebes, olla. Exodi 16. Quando ſedebamus ſuper ollas carnium. Ezechielis 24. Pone ollam pone: & eiuſdem 11. Hęc eſt lebes, nos autem carnes: & declinatur in plurali fœminine: ut Amos 4. Et reliquias ueſtras in ollis feruentibus.

סִיר Spina, uepris. Nahum 1. Sicut ſpinę ſe inuicem complectuntur: Oſeæ 2. Sepiam uiam tuam ſpinis.

סִית Incitauit, ſuaſit, conſuluit. Deuteronomij 13. Si tibi uoluerit perſuadere frater tuus: & 1. Regum 26. Si dominus incitauit te aduerſum me.

סָכַךְ Obduxit, texit, operuit, occuluit: Exodi 25. Tegant expandentes alas & operientes oraculum. Inuenitur quandoq; per ſin ſcriptum propter facilem trãſitum alterius in alteram ſibi ſymbolicam. Exodi 33. Et protegam dextera mea donec tranſeam: & per apocopen ſæpiſſime inuenitur סָךְ ut Threnorum 3. Operuiſti in furore. Item eodem. Operuiſti in nube tibi: quod alias legitur & minus bene, oppoſuiſti nubem tibi: & 3. Regum 8. Et protegebant Cherubim arcam & uectes eius: quod non per beth ut in aliquibus impreſſis ſed per caph ſcribendum eſt. Inde nominatur omne tegimen, tabernaculum, tugurium ſeu tentorium סֻכָּה Threnorum 2. Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, licet tibi ſcribatur per ſin literam quod idem ualet. Accipit etiam in fine he literam generis fœminini. Iſaiæ 4. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu: & pluraliter Leuitici 23. Erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus domino. Recipit etiam per protheſin mem literam מִסָּךְ Pſalmo 105. Expandit nubem in protectionem eorum: ex hac dictiõe ſumitur nomen munimenti bellici סוֹלְלָה quod expugnatores urbium utuntur ponentes ſuper eos tectorium fabrefactum ne deſuper lapidibus obruantur: quod Iulius Pollux de armorum nominibus ſcepiſtarium nominat, rabi Dauid Kimhi dicit talpam uocari uidelicet à ſuffodiendis ur-

bium muris, translatio noſtra mea opini one non recte umbraculū uertit Nahū 2. uelociter aſcēdent muros eius & præparabitur umbraculum, melius autē Septuaginta traduxerunt, & præparabunt propugnacula. סִכְּבֵךְ Miſcuit, ſummauit, recollegit, aggregauit in unā ſummā, uel cōcurrere fecit. Iſaię 19. Et cōcurrere faciā Ægyptios aduerſus Ægyptios. סַךְ Sūma ſummarū aliqua numeralis. Pſalmo 42. ubi nos legimus, quoniam tranſibo in locū tabernaculi admirabilis: Hebræi exponūt, trāſibo cum quadā ſumma hominū cōgregatorū. Sic ſuauiſſimus Hebræorū poëta Ioſeph Hyſſopęus in argumēto libri iambici, quem inſcripſit ſcutellā argenteā, hoc carmine utitur. Scutellam argēteam uocaui eam

כיסך זמירה במשקלת

* סָכָל Fatuus, ſtultus, inſipiens. Ieremię 5. Audi populę ſtulte qui non habes cor. Inde סִכְלוּת ſtulticia, fatuitas, inſipiētia. Eccleſ. 2. Et uidi quod tantū præcederet ſapientia ſtulticiā quantū differt lux à tenebris. Inde הִסְכִּיל uerbū infatuatus eſt: 1. Regū 13. Stulte egiſti nec cuſtodiſti mandata dñi: & 2. Regū 15. Infatua quęſo dñe conſiliū Ahitofel. Inuenitur quandoq; per ſin ſcriptū. Eccleſ. 1. ut ſcirē prudentiā atq; doctrinā errores q; atq; ſtulticiam: reperitur & per literarū metatheſin ſępe in eodem libro.

* סָכַן Æqualis fuit, æquiparatus eſt, cōpar fuit. Iob 15. arguis uerbis eum qui non eſt ęqualis tibi, & eiuſdē 22. Nūquid deo poteſt cōparari homo: & eiuſdē 34. Non placebit uir deo etiam ſi cucurrerit cum eo: id eſt, non aſſimilabitur ſeu cōpar erit aut cōparabit deo. סָכַן Pręuidit, didicit, explorauit; Pſalmo 139. & omnes uias meas p̄uidiſti, & Iob 22. Etiam cum perfectę fuerit ſcientię: quod rabi Abraham Aben Ezra intelligit ſic: quomodo dei & hominis ſit comparatio cum inter utroſq; mediet intelligētia, ut ſic legatur: Nunquid deo poteſt cōpari homo cum diſcatur inter utroſq; intelligentia. סָכַן Cōſueuit. Numeri 22. ubi nos legimus, Dic quid ſimile unquā fecerim tibi: Hebręi habent, Nunquid conſueta conſueui facere tibi ſic. סִכְּן Apotheca, repoſitoriū, cellarium, granariū, promū & condum: 2. Paralippomenon 32. Apothecas quoq; frumēti uini & olei. מִסְכֵּן Pauper. Eccleſiaſt. 4. Melior eſt puer pauper & ſapiens: & eiuſdem 9. Inuentusq; eſt in ea uir pauper & ſapiens. Inde מִסְכְּנוּת paupertas & penuria. Deuteronomij 8. Vbi abſq; ulla penuria comedes panem tuum.

* סָכַר Clauſit, obſtruxit, obturauit. Pſalmo 63. quia obſtructū eſt os loquentium inique. Geneſis 8. & clauſi ſunt fontes abyſſi: & inuenitur quandoq; per ſin, ut Iſaiæ 19. Omnes qui faciebāt lacunas ad capiēdos piſces: Sic uerbū è uerbo: omnes facientes clauſuras ſtagnorū uiuariorū: & ſcribit ſex pūctis סָכַר & ponit piſciū pro animarū etiā teſtante Hieron. in cōmentarijs. סָכַר Tradidit Iſaię 19. & tradam Ægyptū in manū dominorū crudeliū: quāuis aliqui Hebræorū etiam exponant ſecundū ſuperiorē ſignificationē ſcilicet, & concludā Ægyptū in manu dominorum duriſſimorum: ad hoc thargum Ionatę aſtipulatur.

* סָכַת Attendit, auſcultauit. Deuteronomij 27. Attende & audi Iſraēl.

סִכּוּת Idolum dæmonis. Amos 5. Et portaſtis tabernaculum Moloch, ubi legi

legi deberet, idolum regis uestri.

✻ סַל Cartallū, caniſtrū. Gen. 40. Et in uno caniſtro quod erat excelſius, & pluraliter eodē loco, tria caniſtra, tres ad huc dies ſunt, & inuenit ea dictio tota geminata. Ieremię 6. Cōuerte manū tuam quaſi uindemiator ad cartallū. סַלְסַל Propago uel pampinus: noſtra trāslatio quaſi de ſupiore geminatū traduxit cartallum quaſi uidemiator ad cartallum.

✻ סֶלָה In ęternū, ſemper, iugiter, uſq; Habacuk 3. Deus ab auſtro ueniet & ſanctus de monte Pharan ſemper, ſic namq; Hieron, traduxit, quāuis quidā ex noſtris uoluminibus aduerbiū ſemp non habeāt, pro quo Septuag. interpretes diapſalma poſuerūt, ſed Ionathas Chaldęus traduxit in uirtute ſeculorū, & ſecūdum rabi Eleazar Iacobi filiū cuicunq; loco ſacrę ſcripturæ ſuperadditur סֶלָה uel בֶּצַח uel עַר & nullus erit finis neq; in hoc ſeculo neq; in ſecula ſeculorū, ſed Abrahā Abē Ezra putat hoc uocabulū ſela ſignificare ſcilicet uere, qd ſatis quibuſdā Hebręorū autoribus placet, nihil em̄ habet aliud cui iungat niſi harmoniā ipſam, unde per totā ſacrā ſcripturā non niſi in cāticis reperit, ut in pſalmorū libro, & in cantico Habacuk ſupra allegato, de hoc latiſſime poſt Origenē tractauit Hiero. in epiſtola ad Marcellā de diapſalmate, & epiſcop. Burgēſis in additiōe 3. Pſal. 84. quam dilecta tabernacula, quem uide.

✻ סָלַל Exaggerauit lapidibus ſeu luto. Iſaiæ 57. uiam facite prębete iter: uerbū è uerbo ſic, Exaggerate exaggerate, purgate uiam: ſic Iere. 6. Et fundite circa Ieruſalē aggerē. Significat aūt aliquid lutoſum ligno ſeu lapide eleuatius efficere ut leuius intrare poſſimus. Inde dicitur מְסִלָּה uia ſtricta ſeu trita præpoſitione mem literę: 2. Regū 20. Amouit eum de uia in agrū, & trāslatio noſtra pro aggeribus uertit munitiones in eodē loco 2. Regū 20. & circūdederunt munitionibus ciuitatē. Reperitur per metatheſin uerbum מִסְתּוֹלֵל Exodi 9. Adhuc retines populū meū & non uis eū dimittere, qd ſecundū Onk. Chald. exponit ſic. Adhuc ſub ijcis populo meo interſticiū ne dimittantur: ſic ergo de uerbo ad uerbū legi poſſet, Adhuc tu opponis aggerē ſeu munitionē cōtra populū meū ne demittant: alij legunt, adhuc eleuaris cōtra populū meum nec dimittis eos. Et ſic tranſumpti ue ſecundū eleuationē aggerū & uiarū, hoc recte quidē etiam, nam & Chaldęus ipſe aſcenſiones & gradus innuit. Vnde gradus etiam ſic nominantur. Item Iob 19. Fecerunt ſibi uiam per me, id eſt, aggerauerunt uiam earum contra me.

✻ סָלָא Extimauit, laudauit, ornauit: Threnorum 4. Et amicti auro primo, id eſt: ornati, & mutatur quandoq; aleph in he. Iob 28 pro eo uerſiculo qui non habetur in hebraico ſcilicet, Nō conferet tinctis Indię coloribus, ſic eſt legendū, Non æſtimabit cum maſſa auri Ophir.

✻ סָלַר Implorauit, petiuit, obſecrauit. Iob 6. Et hęc mihi ſit cōſolatio ut affligens me dolore non parcat, rectius ſic, Et petam cum terrore nec miſerebitur.

✻ סָלַח Calcauit. peſſundedit, deiecit. Pſalmo 119. Spreuiſti omnes diſcedētes à iudicijs tuis: pro quo Hieron. abieciſti. Et Threnorū 1. Abſtulit omnes magnificos meos, id eſt, peſſundedit & calcauit.

✻ סָלַח Propiciatus eſt, dimiſit offenſam. Numeri 14. Dimiſit iuxta uerbum tuum, & ſuperius ibidem: dimitte

obſecro peccatum. Inde סְלִיחָה Pſalmo 130. Quia apud te propiciatio eſt.

✻ סֻלָּם Scala. Geneſis 28. Viditq; in ſomnis ſcalam ſtantem.

✻ סִלּוֹן Aculeus, ſpina. Ezechielis 28. Et non erit ultra domui Iſraël offendiculum amaritudinis & ſpina dolorē inferens: ſuper quo ſcribit rabi Dauid Kimhi in commentarijs, quod duo hic nomina rem unam ſignificant quaſi ſynonyma: rectius igitur ſic eſt legendum, Et non erit ultra domui Iſraël aculeus pungēs & ſpina affligens: quod Ionathas Chaldęus de regibus & præſulibus intelligit. Quamuis autē in numero ſingulari ſcribatur per hirek, tamen in plurali inuenitur per patha סַלּוֹנִים ut Ezechielis 2. Quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum, pro quo Hebræi legunt, Quoniā rebelles & pungentes ſunt tecum.

✻ סַלְעָם Scarabæus: translatio noſtra uertit atthacum. Leuitici 11. Et atthacus atq; ophimachus.

✻ סֶלַע Petra. Numeri 24. Si in petra poſueris nidum tuū, & eiuſdē 20. Loquimini ad petram coram eis, & pluraliter Pſalmo 104. Petræ refugium erinacijs. Inde fortalitium ſupra petram ædificatum: 2. Regum 22. Dominus petra mea, ſed melius in Pſalmo 18. Dominus firmamentum meum, id eſt, turris, arx ſeu fortalicium. Nam ſic Ionathas chaldaice uertit: dominus roboratio mea, ad ſimilitudinem eius quod ſcribitur Prouerbiorum 18. Turris fortiſſima nomen domini.

✻ סִלַּח Reflexit, obliquauit, peruertit, mutauit. Deuteronomij 16. Munera excæcant oculos ſapientum & mutant uerba iuſtorum; Aſtipulatur Onkelus chaldaice qui uertit: & deſtruunt uerba iuſtorum, translatio noſtra ſupplantare traduxit Prouerbiorum 13. Impietas autem peccatorem ſupplantat. Sic eiuſdem 19. Stulticia hominis ſupplantat greſſus eius. Inde nomen סֶלֶף eiuſdem 11. & ſupplantatio peruerſorū uaſtabit illos, id eſt, obliquitas & iniquitas, & eiuſdem uiceſimoprimo. Vt detrahat impios à malo, id eſt, reflectat.

✻ סֹלֶת Simila. Leuitici 2. Simila erit eius oblatio: & paulo infra, Pugillū plenum ſimilę.

✻ סְמָדַר Vuę immaturę. Canticorum ſecundo. Et uineę florentes dederunt odorem ſuum.

✻ סַם Aroma. Exodi 30. Sume tibi aromata. Onkelus ſynonyme tranſtulit biſam, id eſt, odoriferum.

✻ סָמַךְ Coniunxit, adiunxit, appoſuit, appodiauit, innixus eſt. Numeri 27. & pone manum tuam ſuper eum, & paulo inferius eodem. Et impoſitis capiti eius manibus: & Amos 5. Et innitat manu ſua ſuper parietē. Sic intelligitur qđ legimus Pſalmo 145. alleuat dominus omnes qui corruunt, pro quo rectius Hieronymus. Suſtentat dominus omnes corruentes: non multo ſecus etiam intelligitur uerſiculus Pſalmo 88. Super me confirmatus eſt furor tuus. Significat autem tunc accedere & approximare & circūdare, ſicut Canticorum 2. Fulcite me floribus: ſic Geneſis 27. Frumento & uino ſtabiliui eum, id eſt, ut accedant ſibi frumentum uinum & oleum ſemper, ſimiliter: Pſalmo 51. Et ſpiritu principali confirma me, id eſt, ſpiritus principalis accedat & approximet mihi. Eodem modo dicitur שִׂמְיָה ſagū uel penula gauſapina

ſeu

seu tegumentum hominis, quod translatio nostra pallium uocat. Iudicum 4. Et opertus ab ea pallio, licet per sin & non per samech sit scriptū, quod parū refert.

סֶמֶל Imago, effigies, Deuteron. 4. Aut imaginem masculi uel fœminæ: significat autem sculptilia & idola.

סֵמֶן Signum seu significatio aut signatura siue nota. Isaiæ 28. Et hordeū & milium & uiciam in finibus suis: in hebraico ponitur וְסִמָּן Et hordeum signatum siue notatum.

סָמַר Horrificauit, horripilauit, ut ait Virgil. Obstupui steteruntq; comę: sic Iob 4. Inhorruerunt pili carnis meę, id est, spiritus horrificauit pilos carnis meæ, & Psalmo 119. pro eo quod legimus, Confige timore tuo carnes meas, Hieronymus in suo de hebraica ueritate Psalterio rectius transtulit sic: horripilauit à timore tuo caro mea. Sic intelligūt uersiculum Ieremiæ 51. Adducite equū quasi bruchum aculeatum, id est, adducite equitatum sicut bruchum erectis omnibus crinibus horripilātem. Est enim illius criniti uermis in arboribus reptantis ea conditio, ut toto corpore pilos eleuet. מִסְמָר Præpositione mem significat idē quod clauus seu gomphus: Isaiæ 41. Et cōfortauit eum clauis ut non moueretur, per patha sub mem. Inuenitur etiam hirek sub mem: 1. Paralippomenon 22. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum: & pluraliter declinatur in fœminino genere Ieremiæ decimo. Clauis & malleis compegit, reperit ea dictio quādoq; per sin scripta propter transitiuum symbolicum, & idem significat quod per samech: Ecclesiastis ultimo. Et quasi claui in altum defixi,

סְנַסִּן Surculus, palmes, Canticorum 7. Dixi ascendam in palmam & apprehēdam fructus eius: debet dicere surculos eius seu frondes eius.

סְנַפִּיר Pinnula piscium. Leuitici 11. Omne quod habet pennulas & squamas: & infra, quicquid autem pinnulas & squamas non habet.

סְנֶה Rubus. Exodi tertio. Quare non comburatur rubus: & Deuteronomij tricesimotertio. Benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat super caput Ioseph.

סַנְוֵר Cæcitas quę græce dicitur aorasia: 4. Regum 6. Percutite obsecro gentem hanc cæcitate.

סִינַי Mons Sinai. Exodi 19. Et perueuientes usq; in desertum Sinai. Mons fortasse à crebris rubetis sic dictus.

סָעַר Fulciuit, roborauit, firmauit, fundauit, quasi sustentari fecit. Prouerbiorum 20. Et roboratur clementia thronus eius: & Psalmo 104. Et panis cor hominis confirmet: uel secundū Hieronymum roboret: & sic est transitiuū ad secundū. Reperit & transitiuū ad tertiū: ut Gen. 18. Et cōfortetur cor uestrū, id est, & facite qd' cor uestrū corroboret uos: sic Psal. 119. pro eo quod nos habemus, adiuua me & saluus ero, Heb. legūt sustēta uel fulci me. Inde מִסְעָר fulcimenta.

סַעַר Flando cōmoui seu flatu euulsi: Psalmo 55. A pusillanimitate spiritus & tēpestatis. Hieron. sic: à spiritu tempestatis & turbinis, uerius aūt ab Hebręis sic intelligit: à flatu commotionis scilicet montiū & euulsiōis arborū ex tēpestate, ita em̄ rabi Salomō exponit, & ad hoc allegat uersiculū Iob 19. Et q̄si euulsę arbori ab stulit spē meā. Hūe spiritū cōmotionis

siue ter-

siue terræ motum. Septuaginta græce oligopsychian, id est, pusillanimitatē seu paruum frigus traduxerunt, nescio qua moti ratione.

✻ סָעִיף Palmes, surculus, cacumē arboris, seu summę uirgulti frōdes, quas uerbera dicimus: ut Isaię 17. In cacuminibus eius fructus eius. Inde metaphorice nominantur sic hominis tanquam arboris euersæ pedes: 3. Regum 18. usq; quo claudicatis in duas partes, id est, utrisq; pedibus, sicut mouentur frondes aut uerbera uento: & transfertur ad cogitationes cordis hinc & inde mobiles. Iob 4. In horrore uisionis nocturnę, uerius ita: In cogitationibus de uisis nocturnis, quāuis illic scribatur per sin consonantem, tamen ut sępe diximus symbolica est trās mutatio: & plur. inuenitur in fœminino, ut Ezechielis 31. Et in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia cœli. Transfertur ad cacumina montium tanquam ramos rupium prominentes, in quibus sunt fissuræ & fracturæ cauernosæ & speluncę. Iudicum 3. & descendēs habitauit in spelunca petræ Etam, cuius instar dicitur de uase fictili confracto. Isaiæ 10. Cōfringet lagunculam in terrore, id est, faciet fracturas testaceas. סָעַף Astutus, callidus, cogitabundus, malicioſus, iniquus. Psalmo 119. Iniquos odio habui: rabi Dauid Kimhi & rabi Ionas putant à uerbo proximo superiori tales sic dici licet à cogitatu prauo.

✻ סָעַר Intumuit, tumultuauit, increbruit, uel ad similitudinem turbinis ingruit & mouebatur atq; irruit ut tempestas. Habacuk 3. uenientibus ut turbo ad dispergendum me: sic 4. Regum 6. Conturbatum est cor regis Syriæ, id est, ad similitudinem turbinis mouebatur. Et Ionę 1. mare ibat & intumescebat. Inde nomen סַעַר tempestas, turbo: Ionę eodem, & facta est tempestas magna in mari: & 4. Regum 2. Et ascēdit Elias per turbinem in cœlum. Reperitur & quandoq; per sin consonantem scriptum & idem significat: ut Nahum 1. Dominus in tempestate & turbine uię eius, sic Danielis 11. Et quasi tempestas ueniet contra illum rex aquilonis, quod etiam per sin scribitur pro samech.

✻ סַפַּח Scyphus, crater, calix, & generaliter omne poculum ex quo uinum bibitur, quamuis trāslatio nostra superliminare traduxerit. Zacharię 12. Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ: rectius sic, Calicem oppilatiuū uel poculum soporiferum inducens mortē: ad quod alludit Isaias cap. 51. Usq; ad fundum calicis saporis bibisti, quod alio loco compūctionis interpretatur: Psalmo 60. Potasti nos uino cōpunctionis. Item Exodi 12. Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in limine: ecce supra traduxit superliminare, nunc trāsfert limē, sed utrumq; non quadrat. Scripsit autem rabi Salomon quod sit uas quoddam, & Nicolaus de Lyra dicit esse bacinū uult fortasse dicere peluim: ego putarem nominari phialā, ut sit sensus: Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in phiala, scilicet lata larga & argentea in quā sanguis paschalis accipiebatur: sic intelligitur quod legimus 4. Regū 25. Et tres ianitores, id est, tres custodes uasorum, in antiqua interpretatione chaldaica traducitur sic, & tres custodes thesauri super domum sanctuarij: & pluraliter fœminine: 3. Regum 7. Et hydrias & fusci-

nulas

nulas & phialas: ubi notatur punctus hirek & dages, propter aphæresin duplicationis, sup quo Ionathas in interpretatione chaldaica utit hoc uocabulo kolaia. Onkelus Chaldęus eodem uocabulo utitur in sua interpretatione קוּלְתָּא de hydria Rebeccę. Genesis 24. סַף Limen. Ezechielis 40. Et mensus est limen portę calamo uno latitudinem, id est, limen unum, & pòst: & limen portę iuxta uestibulum portę: & Amos 9. Percute cardinem & cōmoueantur superliminaria: & 3. Regum 14. Cumq; illa ingrederetur limen domus puer mortuus est.

סָפַח Tutatus est, custodiuit uigilias: Psalmo 84. Elegi abiectus esse in domo dei mei, quod rabi Salomon exponit secundum prędcedens uocabulum, id est, ad limen uigilare, alij sic: Elegi curare uel tueri, hoc est, mallem esse operarius seu seruus in domo dei, quam dominus in tabernaculis nequicię. Dicūt autem aliqui quod conueniat cum uocabulo superiore & deducatur ab eo.

✻ מִסְפֹּא Prępositione mem significat omne pabulum iumentorū absq; paleis ac stramine, quod fœnum translatio nostra uertit. Genesis 24. Palearū quoq; & fœni plurimum est apud nos: & Iudicum 19. Habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum.

✻ סָפַד Planxit, luxit. 3. Regum 14. Et plangent eum omnis Israël. Ecclesiastis tertio. Tempus plangendi & tempus saltandi: & Zacharię duodecimo. Et plāgent eum planctu quasi super unigenitum, item passiuum eius Ieremiæ decimosexto. Non plangentur & non sepelientur. Hinc מִסְפֵּד planctus.

✻ סָפָה Consumpsit, interemit, perdidit, abstulit, peremit. Ieremiæ 12. Consumptum est animal & uolucre: & Psalmo 40. Qui quærunt animam meam ut auferant eam: & Genesis 18. Nunquid perdes iustū cum impio: & Deuteronomij 32. Congregabo super eos mala, id est, cōsumam omnia mala mundi in eis.

סָפַח Addidit, adiecit, accumulauit, auxit, congregauit. Ieremiæ 7. Holocausta uestra addite uictimis uestris, & Numeri 32. Vt augeretis furorem domini contra Israël: & Deuteronomij 29. Vt assumat ebria sitientem.

✻ סָפַח Congregauit, iunxit, recollegit: 1. Regum 2. Dicatq; dimitte me ad unam partem sacerdotalem, id est, iunge me. Inde nomen מִסְפַּחַת ut Habacuk 2. Mittens fel suum, id est, iungens: & Iob 30. Et esse sub sentibus delicias computabant, quod sic uertendū est: Sub urticis recolligētur. Inuenitur & per sin scriptū: ut Isaię 5. Et expectaui ut faceret iudiciū & ecce iniqtas: uult dicere, & ecce liga seu alligantia ut ita loquar, quasi diceret, expectaui iudicium & ecce conuēticulum.

סְפִיחַ Friatum quodcumq; minutū & ultro decidens: unde irroratio pluuiæ sic dicitur. Iob 14. Et alluuione paulatim terra consumitur, rectius sic, Diluit irroratio eius puluerem terrę: sic intelligitur illud Leuitici 25. quę sponte gignit humus non metes, id est, cadiua fragmina messis tuæ non metes. Vult enim dicere secundum rabi Salomonē, quamuis non seminaueris tamen neq; illud quod pullulat ex semine quod tempore messis decidit in terram metere debes.

✻ סַפַּל Phiala, concha, quæ uulgo tassia dicitur, poculi genus. Iudicum 5. Et in phiala principum obtulit butyrum, & eius-

& eiuſdem 6. Expreſſo uellere concham rore impleuit.

✻ סְפַן Tectum, laqueare ſiue teſtudo aut camura. Haggæi 1. Vt habitetis in domibus laqueatis: Septuaginta interpretantur concauis, uoluerunt dicere in domibus arcuatis, camuratis, teſtudinatis: Ieremiæ 22. Et fecit laquearia cedrina, rectius ſi dicere liceret ſic: & teſtudinauit domum in ſummitatibus: et Deuteronomij 33. quod in parte ſua doctor eſſet repoſitus, id eſt, tectus, propter ſepulchrum quod Moſes in parte Gad elegit, cuius tamen ſepulchum nemo uidit unquam, à tegendo igitur dicitur etiam illud quod paulo ſuperius ſcribit eodem capitulo, & abſconditos theſauros arenarum, id eſt, tectos. סְפִינָה Puppis, Ioſue 1. Et Ionas deſcendit ad interiora nauis.

✻ סָפַק Concuſſit, plauſit, complo ſit: Threnorum 2. Plauſerũt ſuper te manibus: & Numeri 24. Iratusq; Balac contra Balaam complosis manibus ait, & Ieremiæ 31. Et poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi fœmur meum: & Ezechielis 21. Iccirco plaude ſuper fœmur: & Iob 34. Quaſi impios percuſſerit eos in loco uidendum, & in eodem cap. Inter nos interim cõſtringatur, id eſt, complosum ſit, quaſi diceret, conuentum ſit ſiue ſtipulatum, uel potius ſufficiat, ut infra patebit. Inuenitur & quãdoq; per ſin ſcriptũ: ut Iſaiæ 2. Et pueris alienis adhęſerunt, id eſt, applauſerũt, quod in antiquiſſimis libris manu exaratis per ſin inueni, ſed in impreſſis per ſamech, ſcribitur ſimiliter 5. Regum 20. Si ſufficerit puluis Samarię pugillis omnis populi qui ſequitur me, ubi ſignificat hæc dictio ſatis. Et quamuis in uetuſtis uoluminibus per ſin eandem ipſam quoq; dictionem ſemper inuenerim, tamen allegato in loco quandam reperio notulam in uno ex bibliothecę meæ libris hebraicis, qui ante annos quadringentos manu ſcriptus fuit, ubi in eodem capitulo circa iſtud uocabulum hoc aſſignatur ſcholion, ſcilicet partim cum ſamech, uult dicere, aliqui libri habent ſamech: & ſic Ionathas quoque Chaldæus per ſamech ſcripſit: conſiderabis iterum in habentibus ſymbolum facilem tranſitum, id quod ſæpe commonuimus.

✻ סְפָרַד Hiſpania, translatio noſtra habet boſphorus. Abdię in fine, Et tranſmigratio Ieruſalem quæ in boſphoro. Hieronymus à Septuaginta diſcedens ſic dicit: nos autem ab Hebræo qui nos in ſcripturis erudiuit didicimus boſphorũ ſic uocari: ego autem didici quod cõmunis Hebręorum conſuetudo ſic Hiſpaniam appellat, quare miror Hieronymi præceptorem cum etiam Ionathas Chaldæus traduxerit Hiſpaniam.

✻ סָפַר Numerauit, cenſuit: 2. Regum 24. Poſtquam numeratus eſt populus: legi deberet, poſtquam numerauit populum: & Leuitici 15. Numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ. Inde nomẽ סוֹפֵר Iſaiæ 33. Cor tuum meditabitur timorem ubi eſt literatus, ubi legis uerba ponderans, ubi eſt doctor paruulorum: pro quo Septuaginta ſic, Anima ueſtra meditabitur timorem, ubi grammatici, ubi conſiliatores, ubi eſt qui numerat eos qui nutriunt paruum & magnum populum: ſed ſecundum Hebræos uerbum de uerbo ſic transfertur: Cor tuum meditabitur terrorem, ubi numęrans, ubi ponde-

ponderans, ubi censor oppidorum: quasi diceret, Tempore Messiæ scilicet secūdi aduentus quādo iuxta Isaiā in decore suo uidebunt oculi tui regem, recordabitur cor tuum oppressionē regum huius mūdi immundi, qualiter olim in hoc seculo coactus fueris ad prestanda tributa, collectas, exactiones, indicta super indicta, angarias & perangarias, & cogitabis in mē te tua illum terrorem quem tunc habueras quotidie: hoe ubi est qui numerat qui ponderat: id est, qui nos censet per ęs & libram, ita enim maiores nostri dicere solebant: nam hoc erit beatis singulare gaudium prēteritorum meminisse malorum, ut ait Virgilius in primo æneidos. Vos & scylleam rabiem, penitusq; sonātes. Accestis scopulos uos & cyclopea saxa, Experti, reuocate animos, mœstumq; timorem, Mittite forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Sic in libro Sapientiæ legimus cap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt & qui abstulerunt labores eorum: uidetis quod hij sunt numeratores & ponderatores tyrannorum huius seculi. Hæc iccirco pluribus egi, ut intelligatis quod סוֹפֵר hic sit scriba exactor qui nomina censitorum & capitationum conscribit, & pecuniam exactam numerat atq; ponderat tanquam notarius. Ieremiæ 36. Vt cōprehenderent Baruch scribam & Ieremiam prophetā. Et infra eodem: & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ qui scripsit in eo: & Esther 3. uocatiq; sunt scribę regis. Inde id quod scriba seu notarius scribit dicit סֵפֶר per quinq; puncta, id est, liber. Ieremię 32. Et scripsi in libro & signaui & adhibui testes, & paulo inferius, Et dedi librum possessionis Baruch filio Neriæ filio Maasiæ in oculis Anameel patruelis mei & in oculis testium qui scripti erāt in libro. Et Numeri 5. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta: & Iosuę 1. Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo. Inde transumitur scriptura & literæ seu epistolæ: ut Isaię 29. Et dabitur liber nescienti literas diceturq; ei lege & respondebit non scio literas, id est, nescio scripturam legere: & Esther 3. Et literæ signatę ipsius annulo missę sunt per cursores, & per he in fine סְפִירָה scriptura, literatura: Psalmo septuagesimoprimo. Quoniam non cognoui literaturā, & similiter sine he Danielis primo, ut doceret eos literas & linguam Chaldęorum. Inde descriptiones & enarrationes: Psalmo 87. Dominus narrabit in scripturis populorum: & Psalmo decimonono. Cœli enarrant gloriā dei, unde quidā interpretātur illud quod scriptū est Geneseos quinto. Hic est liber generationis Adam sic: hæc est enarratio seu descriptio generationis Adam, uel certe enumeratio, & ut redeam ad principium omnia ex numeratione & supputatione descendunt: tertio Regum tertio. Qui enumerari & supputari non potest prę multitudine, & ꝓpositō memcōsonante מִסְפָּר significat numerum. Exodi 23. Numerum dierum tuorum implebo, similiter 2. Paralippomenon 12. Nec erat numerus uulgi. Inuenitur etiā סַפָּר sine mem significare numerū seu dinumerationem: 2. Paralippomenō 2. Post dinumerationē quam dinumerauit Dauid pater eius. סַפִּיר Sapphirus. Exodi 28. In secundo carbunculus & sapphirus & iaspis, rabi Abrahā Aben Ezra scribit quod sit gemma quædam rubea.

Geon autem ſcribit quod ſit lapillus albus quem criſtallum uocant, noſtra uero translatio ſemper habet ſapphirum. Ionathas non ſpecificat, ſed tranſfert lapidem precioſum, Ezechielis. 10. cap.

סָקַל Lapidauit. Exodi. 17. Adhuc modicum & lapidabunt me. & Deuteronomij 13. Lapidibus obrutus necabitur. paſſiuum eius Exodi 21. Lapidibus obruetur, id eſt, lapidando lapidabitur.

סָרַר Abalienauit, deſueuit, declinauit, deſtituit. Oſeæ quarto. Sicut uacca laſciuiēs declinauit Iſraēl. Iſaiæ 65. Ad populum incredulum, id eſt, declinantem. & 3. Regum 20. Reuerſus eſt igitur rex Iſraēl in domū ſuam audire contemnens & furibundus: ubi pro audire contemnens, traducere potuit abalienatus ſcilicet mente ſeu deſtitutus: de hoc ſatis dixi ſupra in litera ſamech ante uau,

סָרַב Renuit, rebellauit, rebellis inuitus, nolens, renuens. Ezechiel. ſecundo. Quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum, id eſt, rebelles & nolentes. Nam Onkelus cum uellet interpretari chaldaice hanc dictionem noluit, Geneſis 37. Noluit conſolationem recipere, hoc uerbo uſus eſt.

סָרַח Loricauit, uel loricam induit. Ieremiæ 51. Et non aſcendet loricatus, & quamuis inuenerim in omnibus bibliis hebraicis hūc locum per ſin ſcriptum: tamen rabi Dauid kimhi in libro de radicibus illud notauit per ſamech, ſimiliter Ieremiæ 46. Induite uos loricis inueni adnotatum uetus ſcholion ſcilicet, per ſamech aliqui. quaſi diceret aliqui libri habent ſcriptum per ſamech: ſic Ionathas chaldæus ubiq; per ſamech ſcribit. Nomen סִרְיוֹן lorica.

סָרַח Superfluxit, ſuperfuit, tranſcendit, ſupereminuit, plus ſatis dependit, exceſſit, luxuriauit, uel laſciuiuit. Exodi 26. Quod autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt, unum ſagum quod amplius eſt, hebraice ſic: reliquum ſagi excedens. Item in eodem. Qui plus eſt in ſagorum longitudine. & Amos 6. Et laſciuitis in ſtratis ueſtris. quod hebraice ponitur in tertia perſona, ſic intelligetur. Et excedunt, ſuperfluunt ac ſuperquā ſatis eſt prominent ſaga ſeu coopertoria longa & lata in ſtratis eorum: & infra eodem. Et auferetur factio laſciuientium, hebraice ſic: Et ceſſabit lætitia ſuperfluorum. סָרַח Deteriorauit, paſſiuum eius ponitur, Ieremiæ 49. Inutilis facta eſt ſapientia eorum, id eſt, deteriorata eſt.

סָרָן Satrapa ſeu princeps 1. Regum 29. Sed ſatrapis non places, eſt autem ſatrapa quod Græce ſatrapes nomē dignitatis, ut ſcribit Suidas. & principatum deſignat, Iudicū decimoſexto. Veneruntq; ad eam principes Philiſtinorum. סַרְן Tabula, translatio noſtra uertit axis. tertio Regum ſeptimo. Et axes ærei.

סָרִיס Eunuchus. Iſaiæ 56. Et non dicat eunuchus ecce ego lignū aridum. & Ieremiæ 38. Audiuit autem Abedmelech, id eſt, miniſter regis æthiops uir eunuchus qui erat in domo regis. Solent enim tales eſſe in domibus regum cuſtodes cubicularij: ad tollendā ſuſpicionem de reginis & gynecæi uirginibus, dicti à curandis lectulis quaſi camerarij. unde Putifar ſolo nomine fuit eunuchus, id eſt, camerarius regius quia habuit uxorem, Geneſis treceſimonono, quare

Onkelus

Onkelus chaldaice traduxit Raba, id est, magistratus seu officialis, sic eiusdē 40. Duo eunuchi. Onkelus chaldaice traduxit רַבְרַבַן id est, officialis, prefectus, seu magister officiorum.

❊ סַרְעַת Arbustum, cogitatio, ramus. Ezechielis 31. Et multiplicata sunt arbusta eius.

❊ מְסֵרֵת Præpositione mem significat fratrem matris quē nos auūculum nominamus. Amos 6. Et tollet eum propinquus suus & cōburet eum ut efferat ossa de domo: ubi præcedit דוֹד id est, frater patris qui patruus dicitur, & sequitur: frater matris qui est auunculus, unde textus sic legi deberet. Et tollet eum patruus suus & auunculus suus ad educendum ossa de domo. Quia uero aliqui codices uocabulum presens habent per sin scriptum, putant ab exustione dictū esse, quapropter transtulerunt & comburet eum, sed à me audiuistis persæpe symbolicam uicissitudinem sin & samech etiam non uariata significatione: uerisimilius igitur de auunculo exponitur quam de comburēte: quis enim comburit corpus humanum ut ossa maneant illæsa?

❊ סִרְפַּד Sentes significat & paruas spinas, translatio nostra habet urticam: Isaię 55. Pro urtica crescet myrtus.

❊ סֵתָו Hyemale tempus quo dies minuūtur, & nominatur bruma scilicet à libra ad capricornum ubi est brumale solsticium, quod nos hyemale dicimus. Canticorum 2. Iam enim hyems trāsijt, himber abijt & recessit, quod rectius sic legitur: Quoniam ecce bruma transiuit, himber mutatus est, abijt sibi. Est autem himber idem quod hyems, quę gręce à pluuia deriuatur, hyo enim, id est, pluo, & ab himber hibernus per excisionē m, literæ, sicut à pater paternus: uult ergo dicere tam bruma quam hyems, id est, totum tempus ab ęquinoctio autumnali ad ęquinoctium uernū transiuit & mutatum est atq; abijt.

❊ סָתַם Obturauit, opilauit, obtudit, clausit: 2. Paralippomenon 32. Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon: & Threnorū 3. Exclusit orationem meam: quāuis hoc per sin scribatur tamē idem significat, & Psalmo 51. Incerta & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi, pro quo Hieronymus absconditū & arcanum sapiētię tuæ manifestasti mihi, sed rabi Salomō exponit, in corde quod est obtusum & obturatū fecisti me cognoscere sapientiā, sic igitur uersus staret. In ebetudinibus & obtuso sapientiā ostendisti mihi. Danielis 12. Quia clausi sunt signatiq; sermōes usq; ad pręfinitum tempus.

❊ סָתַר Occultauit, abscondit, protexit, auertit: Genesis 4. Et à facie tua abscondar: & Psalmo 19. Nec est qui se abscōdat à calore eius: & 1. Regū 5. Et computrescebant prominētes extales eorū: rectius sic secundū doctores Hebręorū. Et occultabātur eis ficus scilicet quos habebant in ano. Inuenio autem hic sin scriptū, sed ponitur loco samech, ut extat in antiquis adnotationibus. Item Psalmo 31. Abscondes eos in abscondito faciei tuę: & Psalmo 91. Qui habitat in adiutorio altissimi, quod secundū hebraicā ueritatē sic legi deberet, Sedens in abscondito altissimi, & per metathesin in titulo pręnotato Psalmi 54. Non ne Dauid absconditus est apud nos, & nomē per quinq; puncta סֵתֶר Psalmo 81. Exaudiui te in abscō

dito tẽpeſtatis. Accipit etiam in fine heli terã fœm. generis. Deut. 32. Et in neceſſitate uos protegant: hebraice ſic, Fiat ſup uos ꝓtectio: ſic quãdoq; per ſolã paragogen accipit he aſpirationẽ nihil ſignificantẽ, Deut. 32. Abſcondã faciẽ meã ab eis.

ישמהו בך בל מבקשיך

עָב Nubes. Iſaię 19. Ecce dominus aſcẽdet ſuper nubẽ leuẽ, & eiuſdẽ 14. Aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, id eſt, nubis in ſingulari: & pluraliter Iudicum 5. Cœliq; ac nubes ſtillauerũt aquis: & Prouerbiorum 16. Quaſi himber ſerotinus, id eſt, ſicut nubes himbris ſerotini: translatio noſtra quandoq; uertit caliginem, ut Exodi decimonono. Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, id eſt, in denſa nube.

* עָבַר Seruiuit, operatus eſt, miniſtrauit. Numeri 18. Solis filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruiẽtibus: hebraice uerbum de uerbo ſic, Et ſeruiet Leui ipſe miniſterio tabernaculi fœderis: et pluraliter Geneſis 14. Duodecim enim annis ſeruierunt Kedorlaomer, & eiuſdem 29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua: & in eodẽ. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel ſeptem annis. Inde עֲבֹדָה opera, ſeruitus, miniſterium, in eodem. Et hanc quoq; dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis alijs. Inde ſeruus quod ſcribitur ſex punctis עֶבֶד Exodi 21. Si emeris ſeruum Hebræũ, unde eſt quod ſignificet agricolare & agriculturã. Gen. 3. Vt operaret terram de qua ſumptus eſt: & in paſſiuo Deuteronomij 21. Quæ non traxit iugũ nec terram ſcidit uomere: ex hebraica ueritate ſic uertitur, Qua non fuerit agricolatum quę non traxerit iugum: & eodem in loco, Quæ nunquam arata eſt nec ſementem recepit, hebraice ſic, In qua non agricolabitur & non ſeminabit. Significat etiam ſacrificare, Deuteronomij 6. Dominũ deum tuum timebis & ipſi ſeruies, & 3. Regũ 16. Et ſeruiuit Baal & adorauit eum: ſimiliter ſacrificiũ diuinum: 2. Paralippomenon 12. Vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meę & ſeruitutis regni terrarũ: quare imperiti linguarum magici imò ſophiſtę noſtri tẽporis librũ de ſacrificijs Ægyptiorũ quem in Arabicũ tranſtulit Eben uahaſia uarie nominãt cuius titulus cum ſit auodath ęgyptijm aliqui librum appellant de agricultura Ægyptiorũ, alij de ſeruicio Ægyptiorũ: melius autẽ de ſacrifitio Ægyptiorum, & mea ſententia adhuc optime ſic: de factione Ægyptiorũ, idq; latine admodũ, nã apud maiores noſtros facere ſignificauit idem quod ſacrificare, unde factio ſacrificium. Virgilius in buccolicis ægloga tertia, Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito, id eſt, cũ ſacrificabo. עָבָה Craſſauit, denſauit, ingroſſauit. Deuteron. 32. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Inde nomen עָב dẽſus, groſſus: 3. Regum 12. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei: Hebręi legunt, paruus meus, id eſt, auricularis digitus groſſus eſt plus quam lumbi patris mei. Ionathas chaldaice traduxit ſic, Imbecillitas mea eſt robuſta plus quã uirilitas patris mei: & Ieremię quinquageſimoſecundo. Porro groſſitudo eius quatuor digitorũ: & per aphęreſin Habacuk 2. Et aggrauat contra ſe denſum lutum.

* עָבַט Pignorauit. Deuteron. 24. Non ingrediaris domum eius ut pignus auferas

auferas: & quia ſuper pignoribus mutuatur, iccirco ſignificat mutuari, & eiuſdem 15. Et dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris. עָבַט Declinauit. Ioëlis 2. Et non declinabunt à ſemitibus ſuis: & in ea ſignificatione nuſquã reperit alibi.

✻ עַבְטִיט Vna dictio, quæ tamen exponitur tanquam duæ dictiones, ſcilicet denſum lutum. Habacuk 2. Aggraua contra ſe denſum lutum.

✻ עָבַר Tranſgreſſus eſt, prẽteriuit, tranſiuit, progreſſus eſt. Geneſis 33. Et ipſe progrediẽs adorauit hebraice ſic: Et ipſe procedebat ante eos & adorauit: & Exodi 12. Et tranſibo per terram Ægypti nocte illa. Deuteronomij 17. Vt trãſgrediantur pactum illius: & 2. Paralippomenon 24. Quare uos tranſgredimini prẽceptum domini. Inde dicitur ille qui luſtrat homines per ignem. Deuteronomij 18. Nec inueniatur in te qui luſtret filium aut filiam ſuam ducens per ignem: ubi trãslator exponit & declarat ſeipſum cum dicit ducens per ignem, id eſt, trãſire faciens. Nam alio in loco ſcilicet: 2. Paralippomenon 28. cum dicitur, luſtrauit filios ſuos in igne, uel eſt metatheſis uel aliud uerbum quod exurere ſignificat, recte legitur 2. Regum 12. Et tranſduxit in typo laterum: dicunt Hebræi quod focus quidam fuerat ubi exurebantur lateres illic luſtrauit eos, hoc eſt, combuſſit eos. Significat etiam transfretare, traijcere nauem, tranſuadare, ut 2. Regum 19. tranſierunt uada ut tranſducerent domũ regis: quod de uerbo ad uerbum ſic intelligitur. Et tranſuadauit ſcapha ut traduceret domum regis, & ſic deducitur nomen ſcaphę à traijciendo flumine ut ibi, & præpoſitione literę mem מֵעֲבַר ſignificat uadum. Geneſis 32. Tranſiuit uadum Iabok: & recipit in fine he literam fœminini generis. Iſaiæ 10. Tranſierunt curſum, id eſt, uadum, & pluraliter in fœminino Iudicum 3. Et occupauerunt uada Iordanis: & dicitur tranſumptiue de moneta currẽte eo quod hincinde & datur & ſumitur. Geneſis 23. Quadringentos ſiclos argenti probatę monetæ publicę, id eſt, monetę tranſcurrẽtis apud mercatores. Significat etiam ſuperare, prẽualere, quaſi tranſcendere. Ieremię 25. Et quaſi homo madidus à uino: rectius ſic, Quaſi uir quem ſuperauit uinum.

עֵבֶר Trans. Iſaiæ 9. Trans Iordanẽ Galileę, & recipit præpoſitionem ſicut alia ſyncategoremata plurima. Iſaiæ 18. Quę eſt trans flumen Æthiopię. Significat enim partem, locum uel latus aduerſum in proſpectu: ut Ioſue 1. Quam tradidit uobis Moſes trans Iordanem, id eſt, in parte altera Iordanis. עִבְרִי Hebręus. Ionę 1. Et dixit ad eos Hebręus ego ſum: & Geneſis 14. Nunciauit Abraham Hebræo qui habitabat in conualle Mamrę, quod Hieronymus in libro hebraicarum quęſtionum interpretatur. Nunciauit Abram tranſitori, à uerbo עָבַר ſuperius expoſito. עָבַר Repagulauit: 3. Regum 6. Et affixit laminas clauis aureis, quod hebraice ſic legitur, Et repagulauit peſſulis aureis ante oraculũ.

עָבַר Succenſuit, iratus eſt: Pſalmo 89. Diſtuliſti Chriſtum tuum, pro quo rectius Hieronymus in ſuo de hebraica ueritate Pſalterio ſic, Iratus es aduerſus Chriſtum tuum: ſic Prouerbiorum 14. Sapiens timet & declinat à malo, ſtultus tranſilit & confidit: ubi ponitur tranſilit ſecundum primi uerbi ſignificationem,

ſed Hebræi legunt: ſtultus ira ſcitur & cō fidit, ſic Pſalmo 78. Audiuit deus & ſpre uit, id eſt, iratus eſt, ſimiliter infra eodē, & hęreditatem ſuam ſpreuit, id eſt, con tra hæreditatē ſuā iratus eſt. Inde עֶבְרָה ira, indignatio, furor. Sophonię 1. dies irę dies illa: & Iſaiæ 10. Et contra populū fu roris mei mandabo illi. Tu uero in uno uerſu cognoſces tria unius originis ſigni ficata. Deuteron. 3. Tranſibo igitur & ui debo terrā hanc optimā trans Iordanē, iratusq; eſt dñs mihi, ecce uerbū tranſibo & dictionem trans, & uerbū iratus eſt.

עֶבוּר Frumentum, fruges. Ioſue 5. Et comederunt de frugibus terræ, item eodem. Defecitq; manna poſtquam co mederunt de frugibus terræ: & dicunt quidā ſic uocari ab anno præterito, nam aliter uocatur prouentus pręſentis anni, ut in litera b ante u. בַּעֲבוּר Prępo ſita beth litera ſignificat propter: Pſal. 132. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui, ſignificat & quandoq; propterea quod, ut Micheę 2. Propter immundiciem ſuam corrumpe tur, quod legendum eſt, propterea quod putruit corrumpetur.

✻ עָבַשׁ Computruit. Ioëlis 1. Cō putruerunt iumenta in ſtercore ſuo, He bræi ſic, computruerūt grana ſeminis in pulueribus, ſcilicet ut non poſſint pullula re, & dicitur quaſi עָפַשׁ ſolet enim ſępe pe in b uerti, ut ſcribit rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs ſuper duodecim.

✻ עֲבֹת Cohærentia, uinculum, frō des intrichatæ atq; perplexæ ſeu denſæ, uel etiam tricha ſeu perplexio quarum cumq; rerum. Leuitici 13. Et ramos ligni denſarum frondium: & pluraliter in ma ſculino genere Pſalmo 118. Conſtitue di em ſolennem in condenſis. Hieronymus in ſuo Pſalterio ſic, in frondoſis, ſimiliter pluraliter in fœminino. Exodi 28. Duas catenulas auri puriſſimi ſibĩinuicem co hærentes: & ex tali perplexitate ac intri chatione dicuntur ſic laquei uel funes qui ex tribus funiculis plectuntur ſecun dum rabi Ioſeph patrem Dauid Kimhi qui illud Micheæ 7. Et conturbauerunt eam exponit ſic, Et triplicauerunt eam, ſecundum quod tres ibidem commemo rātur ſcilicet princeps iudex & magnus.

✻ עָגַב Inſaniuit præ amore, ſeu ar debat. Ezechielis 23. Et inſaniuit in ama tores ſuos, & infra: Inſaniuit ſuper eos cō cupiſcentia oculorum ſuorum.

✻ עִגָּב Organum: Pſalmo ulti mo. Laudate eum in chordis & organo, & Geneſis 4. Ipſe fuit pater canentium cithara & organo: & Iob 30. Et organū meum in uocem flentium.

✻ עָגָה Derelictus eſt, ſuperſtes fu it. Ruth 1. Si eos expectare uelitis donec creſcant & annos pubertatis impleant, antè eritis uetulæ quam nubatis, pro iſta longa periphraſi & digreſſione Hebræi uerius ſic habent, an expectabitis donec creſcant. An ſuperſtites uel derelictæ eri tis nedum ut futuri ſint mariti. Ab eo ma giſtri Hebręorum derelictam ſic uocant quæ ſine uiro manet.

✻ עָגַל Rotundum: 2. Paralippo menon 4. A labio uſq; ad labium rotun dum per circuitum: & pluraliter tertio Regum ſeptimo. Inter columnia quadra ta non rotunda. Inde עֲגָלָה nomen cir ci ſepti in caſtris quem foſſatis & quadri gis circumcirca muniunt, quod transla tio noſtra tentorium uertit: primo Regū uiceſimoſexto. Et Saulem dormientem in tento

in tentorio & reliquum uulgus per circuitum eius, & accipit in fine he literam: 1. Regum 17. Et uenit ad locum magala. Ionathas chaldaice traduxit charkoma, id est, fortalicium seu munitio, & sic non est nomen proprium loci ut interpres nostræ translationis putauit: uulgo uocant quadrigoburgium. Significat etiam מְעְגְּלַת callem, semitam. Isaię uicesimo sexto. Rectus callis iusti ad ambulandū: & Psalmo decimoseptimo. Perfice gressus meos in semitis tuis. עֲגִיל Ornamentum, monile, inauris. Numeri tricesimoprimo. Annulos & dextralia ac murenulas: & pluraliter Ezechielis 16. Et circulos in auribus tuis. עֵגֶל Vitulus. Exodi 32. Et fecit ex eis uitulum cōflatilem, & in fœminino Oseę 10. Ephraim uitula docta: & pluraliter eodem paulo superius. Vaccis Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. עֲגָלָה Plaustrum, quadriga, currus: 1. Regum 6. Facite plaustrum nouum unum: & pluraliter Genesis quadragesimoquinto. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, sic dicta fortasse à rotunditate rotarum.

✻ עָגַם Contristatus est, compatiebatur. Iob tricesimo. Et compatiebatur anima mea pauperi.

✻ עָגוּר Grus. Isaiæ tricesimooctauo. Sicut pullus irundinis: alij sicut irundo & grus: uide supra in litera samech ante uau.

✻ עַד Donec, usq; usq; ad, uel usq; in, adusq;, uel usq; quo. Indicum 3. Descēderunt usq; quo omnino deficerent: & Exodi 14. Vsq; in sempiternum, & eiusdem 29. Siue de panibus usq; mane, & quādo sequitur uerbum præteriti uel futuri temporis aut gerundium sæpe deficit relatiuum quo uel quod causa breuitatis: quādoq; autem non deficit, ut Iosue 1. donec det requiem dominus: & Genesis 3. Donec reuertaris in terram, & recipit in fine iod literam. Micheę 4. Vsq; ad te ueniet, interpretatur etiam translatio nostra dictionē hanc articulariter pro tam & quā. Genesis septimo. ab homine usq; ad pecus tam reptile quam uolucres cœli: & recipit in principio beth literam significatq; pro, præ, uel ante, uel per, uel propter: Genesis 7. Et inclusit eum dominus deforis: hebraice sic, & clausit dominus pro se uel ante se: sic Exodi 8. Rogate pro me: & Genesis 26. Prospiciens Abimelech rex Palęstinorum per fenestram. Et sicut usq; apud latinos aduerbialiter perpetuo significat, ita & hæc dictio significat æternitatem & perpetuitatem, in seculum, sempiternum, Isaię 57. Excelsus & sublimis habitās ęternitatem: & inuenitur geminatum: Isaię 26. Speraßis in domino in seculis ęternis: & significat seculum seculorum quod trāslatio nostra uertit ultra: ut Exodi 15. Dominus regnabit in ęternum & ultra. עֲרִים Centones seu panni abiecti, translatio nostra interpretatur pannos menstruatos. Isaiæ sexagesimoquarto. Et quasi pannus menstruatæ: rectius sic, quasi uestimentū centonum seu pannorum abiectorum.

✻ עָרַר Subleuauit, erexit, suscepit: Psalmo 146. Pupillum & uiduam suscipiet. Hieronymus eriget: sic Psalmo 20. Nos autem surreximus & erecti sumus: & Psalmo 147. Suscipiens mansuetos dominus. Rabi Ioseph Kimhi Hispanus uult hoc uerbum significare adiutoriū, sustentationem & fulcimentum.

עָרָה Ornauit. Oseæ 2. Et ornabatur inaure sua: & Ezechielis 16. & ornauí te ornamento: & infra, & ornata es auro. Inde nomen עֶרְוָה ornamentum, gloria, decus, monile, iocale: Psalmo 80. in titulo quem nostri habent, ad uictoriã super lilia testimonium Asaph Psalmus: Hebræi sic legunt, ad uictoriam erga rosas decus Asaph Psalmus, quasi diceret secundũ Dauid Kimhi, Psalmus iste gloria est & decor ipsi Asaph: item nomen in alia forma עֶרִי Ezechielis 7. Et ornamentum monilium suorum in superbiã posuerunt. עָרָה Abijt, transiuit, cessauit, pertransiuit. Iob 28. nec pertrãsiuit per eam leæna: & transitiuum secundi eiusdem 25. ubi nos legimus. Ecce luna etiam non splendet, translatio nostra omisit hanc nostram dictionem, quare sic legitur hebraice. Ecce facit transire lunam nec splendebit: quod sic exponunt, ecce deponit seu aufert lumen lunę & non splendebit. עֵרָה Examen, synagoga, cœtus, concilium: Psalmo 1. Neq; peccatores in concilio iustorum. Hieronymus & Lyra in congregatione. עֵר Os oris, quod nostra trãslatio maxillam interpretatur. Psalmo 32. In camo & freno maxillas eorum constringe, Hebræi legunt ora eorum, alij ornamẽta seu monilia eorum à superiore uocabulo, quos imitatur Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate: Psalmo 105. Qui replet bonis ornamentum tuum, sed Dauid Kimhi exponit sic, Qui replet bonis os tuum. עֵר Testis. Genesis 31. Cumulus iste testis erit inter me & te. Deuteronomij 17. In ore duorum uel trium testium, & infra. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium: & infra, manus testium prima interficiat eum. Inde עֵרוּת testamentum, testimonium: 2. Paralippomenon 24. Multitudo Israël in tabernaculum testimonij: & Psalmo 119. Mirabilia testimonia tua: & Psal. 95. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Inde uerbum עֵר testificari uel contestari. Deuteronomij 4. Testes inuoco hodie cœlum & terram, id est, contestor uel testificor contra uos hodie cœlum & terram.

עָרַן Leniuit, delectauit, deliciauit aut uoluptuauit si liceret ita loqui, sed libet, delicijs affecit. Nehemię 9. Et abundauerũt delicijs in bonitate tua magna, Inde nomen עֶרְנָה uoluptas, delicię, qđ græce dicitur similiter edone. Genesis 18. Postquam cõsenui & dominus meus uetulus est uoluptati operam dabo: hebraice sic: postquam inueteraui erit mihi uoluptas, & sic cum he finali terminationis fœmininę: inuenitur etiam sine ea, עֶרֶן ut Genesis 2. Plantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis, & Ezechielis 31. Et emulata sunt eum omnia lignа uoluptatis quę erant in paradiso dei, & scribitur quinq; punctis: & 2. Regũ 1. Qui uestiebat uos coccino in delicijs, hebræi pro in habent cum, rabi Ionas exposuit sic: qui uestiebat uos in diebus delicijarum. Alij dicunt, qui uestiebat uos coccino & comedere uos fecit delicata, ut sit oratio defectiua, cui expositioni alludit chaldaica Ionathæ interpretatio, sed rectius secundum Dauid Kimhi ambo uocabula de uestibus dicũtur scilicet coccinum & delicioſum, & id comprobat disputatio rabi Iudæ & rabi Nehemię quã Dauid Kimhi recitat in cõmentarijs Regum. Inde nomen adiectiuum עֲרִינָה

Isaiæ

Isaiæ 47. Audi hęc delicata, recipit prothesin מַעֲרַנָּה mem literę: Genesis 49. Et prębebit delicias regibus: & 1. Regū 15. ubi nos habemus, Agag pinguissimus, ibi Hebręi legūt: Agag delicatus, nā tremens non est de textu, & sunt qui dicant eum minime tremuisse sed accessisse cū delectatione, & pro delicijs habuisse uitā morte cōmutare: alij exponūt: Et accessit ad eum Agag cum ligaturis, nam & ligaturę atq; cōbinationes hoc nomine dicūtur. Iob 38. Nunquid cōiungere ualebis micantes stellas pliadas, id est, nunquid obligabis applicationes stellarum.

* עֹדֵת Excrescens, superstes, excedens. Exodi 26. Quod autem superfuerit in sagis: & Numeri 3. qui excedunt numerum Leuitarum. Item infra, precium eorum qui supra sunt, item pecuniam eorū qui fuerant amplius. Inde uerbū graue הֶעֱדִית Exodi 16. Nec qui plus collegit habuit amplius, nec qui minus parauerat repperit minus: hebraice sic, Et nō excessit plus & minus non defecit.

* עָדַר Defecit, priuauit, diminuit, defuit: primo Regum tricesimo. Nec defuit quisquā à paruo usq; ad magnū.

עָדַר Parauit aciem, instruxit, ordinauit, disposuit: primo Paralippomenō duodecimo. Expediti ad pugnam corde perfecto, id est, instructores apparatus bellici: & paulo superius. In auxilium nō in corde duplici, hebraice sic, Et ad disponendum in non corde & corde.

עֵדֶר Grex. Canticorum sexto. Sicut grex caprarum: & Genesis uicesimo nono. Tres quoq; greges ouium: & infra. Mosq; erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, pro quo hebraice sic legitur: Et congregabantur illuc omnes greges & deuoluebant lapidem ab orificio putei. עָדַר Fodit, repastinauit, sarriuit, occauit. Isaiæ quinto. Non putabitur & non fodiet, & eiusdem septimo. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, maxime autem de uineis dicitur, unde Hebræorum est adagium: fode mecum & ego fodiam tecum.

* עָדַשׁ Lens, tis. Ezechielis quarto. Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem: & Genesis 25. Accepto pane & lentis edulio.

* עוֹג Coxit inter prunas, torridauit, ustulauit sub testu. Ezechielis quarto. Et stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorū, pro quo uerius Hebræi teste Nicolao de Lyra sic legunt: Et in stercore quod egreditur de homine coquas in oculis eorum. Inde עֻגָּה panis testicius siue subcinericius, torta, tosta, placenta, spira, sphærica sub testu ac inter prunas cocta, ut supra eodem. Et quasi subcinericium hordeaceum comedas illud: & Oseæ 7. Ephraim factus est subcinericius panis qui non reuersatur. Et 3. Regum 19. Et ecce ad caput suum subcinericius panis. Vnde quidam hunc uersum Psalmi uicesimiquinti, Subsannauerunt me subsannatione, de cibario pane ac potu intelligunt uertentes sic: Inter adulatores ad coquentes cibarium, quibus Hieronymus noster nō multum refragatur in suo de hebraica ueritate Psalterio sic transferens in simulatiōe uerborum fictorum: & rabi Salomō exponit sic, Per uiam adulationis ut accipiant cibum & potum à Saul quatenus eos cibet & potet iccirco frenderunt super me dētibus suis: & dicit Maog, id est, esca, hæc ille. Alij exponunt sic: adulātet

ijs qui

ijs qui ſubigunt & depſitant cibarium panem, alij uerſum allegatum non accipiũt ab hoc uocabulo, ſed à לעג quod ridiculum uarium & uacuum ſignificat.

עָדַר Prædatus eſt, rapuit, ſpoliauit, plagiauit: Pſalmo 119. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, uel ſecundũ Hieronymum implicauerunt me: pro quo rabi Salomon & poſt eum cęteri Hebręi legunt, Cœtus ſeu cunei peccatorum rapuerunt uel prædati ſunt me, inde uenit nomen appellatiuum עֵר ſpolium, rapina, pręda. Geneſis 49. Mane comedet prædam: & Sophonię 3. Quapropter expecta me dicit dominus in die reſurrectionis męę in futurum: quod Hebræi legunt, In die inſurrectionis meæ ad prædam ſeu ſpolium: pro quo Septuaginta interpretati ſunt in teſtimoniũ, ſed Hieronymus ſcribit in commentarijs hebręum quendam qui ſe in ſcripturis docuerat aſſeruiſſe quod laed in præſenti loco magis in futurum debeat intelligi: rabi Dauid Kimhi uult intelligi diem Gog & Magog quos faciet deus inſurgere ad ſpolia. עוֹד Adhuc, ultra. Amos 4. Cum adhuc tres menſes ſupereſſent uſq; ad menſem: Geneſis 25. Adhuc pater meus uiuit: & Iſaię 5. Quid eſt quod debui ultra facere uineę męę: & ſignificat terminum uel finem, & accipit paragogen pronominum Geneſis 25. Dum adhuc ipſe uiueret: & Exodi 9. Adhuc retines populum meum. Significat etiam à nunc uſq; in ęternum. Geneſis 9. Et non erunt ultra aquę diluuij ad delendũ uniuerſam carnem: ſignificat & quandoq; breuem terminum, ut 4. Regum 6. Et ultra non uenerunt latrones Syriæ in terram Iſraël,

עָוָה Malefecit, peccauit, & ſi licet dicere iniquauit. Eſther 1. Nõ ſolum regem lęſit regina Vaſthi ſed & omnes principes: quod Hebræi ſic legunt, Non contra regem ſolum peccauit Vaſthi regina ſed contra omnes principes, quod tamen ſecundum alios ab alio uerbo deriuatur, ut infra Eccleſiaſtis 1. Peruerſi difficile corriguntur, id eſt, iniquitas non poteſt rectificari. Quia uero quod iniquum eſt, id non eſt ęquum, & quod æquum non eſt id non eſt rectũ, quod autẽ rectum non eſt curuum eſt, iccirco tranſtulerũt uocabulum hoc ad curuum ſic, Pſalmo 38. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finem. Hieronymus ſic, Afflictus ſum & incuruatus ſum: Hebræi ſic, Incuruatus ſum & humiliatus: & Danielis 9. Iniquitatem fecimus impie egimus. Inde nomen עָוֹן Ezechielis 21. Iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam eam, & in alia forma עָוֹן Geneſis 4. Maior eſt iniquitas mea quam ut ueniam merear: & pluraliter declinatur tã in fœminino: ut Pſalmo 130. Si iniquitas obſeruaueris domine, quam in maſculino genere: ut Iſaię 64. Et iniquitates noſtrę quaſi uentus abſtulerũt nos, & infra. In manu iniquitatis noſtrę.

עֹיֶל Lactans: ſic enim ambo chaldęi Onkelus & Ionathas interpretãtur. Geneſis 33. Oues & boues fœtas mecũ, id eſt, lactantes: & 1. Regum 6. Et duas uaccas fœtas quibus non eſt impoſitum iugum, & quamuis utrobiq; trãslatio noſtra uerterit fœtas, tamẽ 1. Regum 6. paulo inferius ad noſtram expoſitionem redit circumloquendo dicens: Et tollentes duas uaccas quæ lactabant uitulos, hoc eſt, iuuencas iuuenes. Inde hoc uocabulum

lum עוֹלֵל etiam translatum est ad homines iuuenes atq; iuuenculas. 1. Regum 15. Interfice à uiro usq; ad mulierem & paruulum atq; lactantem, uult dicere à iuuene ad infantem, duplicaturq; lamed: sic psalmo octauo. Ex ore infantium & lactentium, id est, paruulorum & lactentium: sic Threnorum 1. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem. עָוֶל Iniquitas, iniquum. Leuitici decimonono. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Ezechielis. 33. Confisus in iusticia sua fecerit iniquitatem. In iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. & eiusdem 28. In multitudine iniquitatum tuarum: in iniquitate negociationis tuæ. & accipit quoq; terminationem fœmininam Ezechielis eodem. Donec inuenta est iniquitas in te. Iob 6. Respõdete obsecro absq; contentione: pro quo uerbum è uerbo sic. Respõdete obsecro nec sit iniquitas: & infra eodem. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ. Inuenitur & in alia forma. Iob 16. Concluſit me deus apud iniquum. inde ducuntur uerba & aliorum deriuatiuorum formationes.

מְעוֹן Præpositio mem, habitatio, habitaculum. Nahum 2. Vbi est habitaculum leonum. & Ieremiæ x. Habitacula draconum. Quia uero domus nostra tutissimum nobis est refugium, iccirco sæpe pro refugio interpretatur. Psalmo 90. Domine refugiũ tu factus es nobis. & Psalmo sequente. Altissimum posuisti refugium tuum: & accipit paragogen he מְעוֹנָה Deuteronomij 33. Habitaculum eius sursum: etpluraliter Nahum 2. Et cubile suum rapina. & Psal. 76. Et habitatio eius in Sion. עֵת Tẽpus statum & hora determinata. Exo. 21. Quod si alteram acceperit prouidebit puellæ nuptias & uestimenta, & precium pudicitiæ non negabit: ubi teste Nicolao de lyra translatio nostra multum discrepat ab hebraica litera: pro eo enim quod dicitur, & precium pudicitiæ nõ negabit, hebræi legunt, & horam eius non minuet, hoc est, tempus competens secundum rabi Salomonem, ut ei deseruiat.

✻ עָנַן Ariolatus est, ueneficia exercuit. quarto Regum uicesimoprimo. Et ariolatus est, & obseruauit auguria. Inde nomẽ מְעוֹנֵן ariolus ueneficus. Deuteronomij 18. Aut qui ariolos sciscitetur. & uerbum Leuitici 19. Non augurabimini: rabi Akiba interpretatur hoc uerbum de illis qui obseruant tempora & dies Ægyptiacos, menses & horas, dicentes quosdam atros quosdam fastos ad electiones operum humanorum.

✻ עוּף Volauit. Isaiæ 6. Et uolauit ad me unus de Seraphim. & Psalm. 91. A sagitta uolante in die. Inde quod scribitur ultima geminata עוֹפֶפֶת Genes. 1. Et uolatile uolitans super terram. & Danielis 9. Cito uolans tetigit me, ubi iod abundat per prothesin, de quo scripsimus supra in litera iod sequente ain. & de hac significatione putat rabi Iuda illud esse quod legitur Zachariæ 5. Volumen uolans.

✻ עָפַם Caligauit, obscurauit. Iob 11. Orieris ut Lucifer, quod hebræi legũt: si obscuraberis, uel si dicere liceret, si crepusculaberis tunc sicut matutinum eris. rabi Salomon exponit nominaliter sic: Obscurũ quod in te est et caligo tua sicut mane erit. Inde illud Amos 4. Faciens matutinã nebulã, quod alij per articulũ

siue

siue cata diæresin proferunt sic, Faciens auroram & caliginē. Sic Iob 11. Terram miserię & tenebrarum, dicunt Hebræi quod sit locutio synonyma, quia duo uocabula idem significāt: uolunt dicere terram obscuram & caliginosam siue tenebrosam. Et quod sequitur in Iob, sed sempiternus horror inhabitans non legitur in Hebræo, sed sic: & obscuratur sicut caligo. Significatio horum uocabulorum est obscuritas & tenebrę: sunt qui e contrario motum instantaneum, illuminationem subitam, illustrationem, uibrationem, fulgurationē & coruscationem eo uerbo significari uolunt. Ezechielis 32. Cum uolare cœperit gladius meus super facies eorum: rectius sic, In uibrando me gladium meum, id est, cum faciam coruscare seu fulgurare gladium meum: est enim uerbum transitiuum: & Isaiæ 11. Et uolabunt in humeros Philistim, id est, subito mouebuntur seu fulgurabunt: & Iob 3. Nec illustretur lumine: & geminat phe ut in eodem loco, nec ortum surgentis aurorę: quod hebraice sic legitur, Et nō uidebit fulgores aurorę: rabi Salomō interpretatur splendores.

עַפְעַף Palpebra, Psalmo 10. Et palpebrę eius interrogant filios hominum: & Ieremiæ 9. Et palpebrę nostrę defluāt aquis: Ionathas Chaldæus interpretatur ipsos oculorum orbes.

עָפָה Defecit: 2. Regum 21. Deficiente autem Dauid: & Ieremiæ 4. Quia defecit anima mea propter interfectos, similiter intelligi debet quod legitur Iudicum 4. Qui soporem morti socians defecit & mortuus est: scribiturq; per punctū patha ad differentiam alterius sibi similis uerbi alterius autem significationis ut supra dictum est. Solemus autem propter sitim etiam sępe deficere, ideo pro sitiente reperitur scriptum: ut Psalmo 143. Sicut terra sine aqua tibi, quod Hieronymus uerius sic traduxit. Quasi terra sitiēs ad te: & translatio nostra diuisas significationes in uno uocabulo cōcludit. Isaiæ 29. Lassus adhuc sitit. Infra enim uidebis lassum significari in litera ain sequente iod, & supra in litera iod sequente ain.

Munst. Dauid Kimhi huius uerbi radicem ponit עוּר

עוֹר Excitauit, suscitauit: Iob 41. Non quasi crudelis suscitabo eum, & sic est actiuum transitiuū. Inuenitur autem neutrū & ualet idem quod expergiscor: Psalmo 57. Exurge gloria mea exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo: & Iudicum 5. Surge surge Debora surge surge & loquere canticum: quasi dicat, expergiscere expergiscere: ut Psal. 44. Exurge quare obdormis domine, & sic pro uigilare transumitur. Canticorū 5. Ego dormio & cor meum uigilat. Verbum passiuum legitur Zacharię 2. Quia consurrexit de habitaculo sancto suo: uerius sic, quia excitatus est. Inuenitur & ultima litera geminata עוֹרֵר Canticorū 2. Ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam: & Psalmo 80. Excita potentiam tuam & ueni: & geminatis syllabis Psalmo 102. Respexit in orationem humilium, pro, oratione experrecti, seu potius excitantis: nam qui orationem suam excitat continue ad illius preces respicit deus. Inde denominatur עֵר magister qui mentem discipuli excitat ad doctrinam. Malachiæ 2. Magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, id est, excitantem quem nos dicimus arguentem in disputationibus

tationibus & respondentem. Vnde magistri hebræorum dicunt: arguens inter sapientes, respondens inter discipulos.

עֹר Hostis, inimicus, osor. Micheæ quinto. Et conterã ciuitates tuas. hebræi legunt inimicos tuos, cui etiam alludit chaldaica translatio Ionathę. עֵרִי Nudum seu nuditas. Habacuk secundo, Vt aspiciat nuditatem eius. & eiusdẽ tertio. Suscitans suscitabis arcum tuũ, pro nudus reuelabitur arcus tuus. עוֹר Pellis. Genesis tertio. Fecit quoq; dominus deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, id est, tunicas pellẽ appositiua constructio. & Iob secundo. Pellem pro pelle: & pluraliter in fœminino genere Exodi 36. Fecit & opertoriũ tabernaculi de pellibus arietum: & in genere masculino Threnorum 5. Pelles nostræ quasi clibanus exustæ sunt.

✻ עִוֵּר Cæcauit 4. Regũ 25. Et oculos eius effodit, rectius sic, Et oculos Sedechiæ cęcauit. Inde nomen adiectiuum generis masculini עִוֵּר cęcus, Exodi 4. Videntem aut cæcum. & fœminini generis Leuit. 22. Si cęcũ fuerit si fractum.

✻ עוּשׁ Conuenit, coiuit, agglomerauit. Ioẽlis tertio. Erũpite & uenite. pro quo uerius septuaginta interpretes posuerunt, congregamini & introite. Inde dicitur עֵשׁ totum sydus draconis & ursarum circa polum arcticũ, ab agglomeratione & collectione plurium stellarum sic nominatum. quem translatio nostra arcturũ uocat. Iob 9. Qui facit arcturum & oriona. est autem sydus quod supradictam congeriem astrorum plaustrum & septẽtriones sequitur: de quo Virgilius Georgicon primo. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis. Circũ perq; duas in morem fluminis arctos. rabi Salomon simpliciter dicit esse sydus, sed rabi Dauid kimhi scribit, quod sit congeries stellarum circa caudam arietis siue intelligat arcturum pliadas, hyadas, geminos ue triones: quod autẽ legitur Iob 4. Consumentur uelut à tinea, id alij de circulo arctico, hoc est polo intelligũt, quasi dicat omni tempore quod plus uersat, id est, inæternũ. Vnde sequitur, in æternum peribunt, & accipit per epenthesin iod, eiusdem 38. Aut girum arcturi poteris dissipare.

✻ עָוַת Malefecit, peccauit, iniquauit, ut Ester 1. Regem lęsit regina. Inde uerbum transitiuum tertij עִוֵּת id est, peccare fecit. Threnorum 3. Vt peuerteret hominem in iudicio suo: uisum est supra in עוה & significat curuare, est enim iniquum curuum eo quod nõ sit rectum. Sic Ecclesiastis septimo, quod nemo possit corrigere quẽ ille despexerit, uerbum è uerbo sic, Quis poterit rectificare quem curuauit ille. In alia forma Ecclesiastis 12. Et nutabunt uiri fortissimi, id est, incuruabuntur.

✻ עֵז Capra. Genesis 15. Et capram trimam: & pluraliter 1. Regũ 25. Ouium tria milia & mille capræ: & in cõpositione significat caprũ emissarium. Leuit. 16. Et alteram capro emissario. componitur aũt ab עֵז id est, caper et אָזַל id est, abijt. quod Onkelus sic interpretatur. & Psal. 31. In manibus tuis sortes meę: & nescio quare ita transtulerint. Nam in manu & nõ in manibus scriptũ est: nulla etiam dictio in uersu ponitur quæ sortes significet. Recte igitur secundũ ueritatẽ hebraicam Hieron. in suo psalterio sic traduxit, In manu tua tẽpora mea: quod rabi Salo-

mon exponit. Omnia tēpora mea transierunt super me secundum decreta oris tui & iuxta dispositionem tuam.

* עָזַז Inualuit, confortauit, roborauit, firmauit, fortificauit. Ecclesiastis 7. Sapientia confortauit sapientem: & Iudicum 6. pro eo quod nos legimus, Et oppressi sunt ualde ab eis, ueritas habet. & inualuit manus Madian. Inde nomē substantiuum deriuatur עֹז robur, fortitudo, uirtus. Psalmo 29. Dominus uirtutem populo suo dabit. & scribitur per holem uel hatephcamez. Psal. 118. Fortitudo mea & laus mea dominus: scribitur & quandōq; per surek uel kibuz עוּז ut psalmo ultimo, Laudate eum in firmamento uirtutis eius. reperitur & duplicata litera zain עֻזּוֹ secundū naturam primitiui. ut Psalmo 145. Et uirtutem terribilium tuorum dicent: recipit etiam cata protheſin literam mem מֵעוֹז. Isaiæ 30. Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. Inde nomen adiectiuum עַז Isaię 19. & rex fortis dominabitur eorum. & pluraliter psalmo 59. Irruerūt in me fortes. & adiectiuum secundū formam primitiui Psalmo 24. Dominus fortis & potens. Inde nominatur auis quædam ex immundis uolucribus atq; uetitis עֲזָנִיָה quam alij gryphem uocant. nostra uero translatio haliæetū. Leuit. 11. Gryphum & haliæetum. Est autem haliętus aquila marina, & dictio quinq; syllabarū scribitur tertio syllaba per diphthongon æ. hoc dico ut emendentur libri latini in loco allegato: uocatur autem hebraice sic à fortitudine, græce uero à mari & piscationibus.

* עָזַב Dereliquit. ut Psalmo 22. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: quod hebraice canitur in passione domini אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי id est, uerbum è uerbo: Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me: ubi cernitur quod respice in me non est de textu. & Genesis secundo. Quamobrem relinquet homo patrem suum. עָזַב Fortificauit, auxit, roborauit. adiuuit. Nehemiæ 3. Et dimiserunt Ierusalē usq; ad murū plateę latioris: quod Nicolaus de Lyra ediſſerit rectius sic, Et extenderūt murum eius. Rabi Salomō exponit hoc uerbum, per fortificauit. Deuteronomij tricesimo secūdo. ubi nos legimus: Et clausi quoq; defecerunt residuiq; consumpti sunt, Veritas simpliciter habet, Et defeciet seruatus & fortificatus: sic Nehem. 4. Num dimittent eos gentes, pro quo legunt hebræi, Num fortificabunt se. seu ædificabunt sibi. עֲזָבוֹן Mercatus, nundinatio. Ezechielis 27. Proposuerunt in mercatu tuo. & paulo superius sub eodē capite. Argento, ferro, stanno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas: translatio chaldaica Ionathæ uult esse apothecas mercatorum siue tabernas institorias: circumloquitur enim hoc uocabulum sic, Aurum, ferrum, stannum & plumbum attulerunt in domum gazæ tuæ.

* עָזַק Sepiuit. circumdedit. Isaię quinto. Et sepiuit eam & lapides collegit ex ea.

* עָזַר Auxiliatus est, adiuuit 1. Regum 7. Hucusq; auxiliatus est nobis dominus. et Isaię 41. Vnusquisq; pximo suo auxiliabit. & paulo inferius. Ego auxiliatus sum tibi. & in passiuo. ut Psal. 28. Ipso sperauit cor meū & adiutus sum. Inde nomē uerbale per quinq; pūcta. עֵזֶר

Deutero

Deuteronomij 33. Et adiutor illius cõtra aduersarios eius erit: sic Genesis 2. ubi nos legimus, Faciamus ei adiutorium simile sibi, hebraica ueritas sic legit. Faciam ei adminiculum tanquã penes eum: & ponitur in singulari faciam & non faciamus, quod nota, et in fœminino. Psalmus 70. ubi nos legimus. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina, hebraica ueritas sic habet. Deus ad protegendum me domine in adiutorium meum festina. עֲזָרָה Crepido. Ezechielis 43. Et de sinu terrę usq; ad crepidinẽ nouissimam. item eodem. & à crepidine minore usq; ad crepidinem maiorem. item eodem: & crepido quatuordecim cubitorum: Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit q̃d sit atrium in quo cõgregabatur Israël in templo ad adorandum, ut eos deus adiuuaret, quasi hoc modo à superiore uocabulo adiutorij deriuaretur. idẽ rabi Dauid in commentarijs super Ezechielem scribit, quòd in sinu terræ, hoc est in medio pauimenti cõstructum erat altare & locus in quo circumstant sacerdotes offerentes sacrificia dicitur עֲזָרָה rabi Salomon dicit hoc uocabulum significare pauimentum seu aream. & sic interpretatur per hoc nomen esterig germanicum, compopularibus suis uangionibus ubi habitauit notũ: ego putarim ab ipso pauimẽto soli adpactos ad altare gradus esse prominentes ubi sit statio sacrificuli quod uetustatis amantissimus Leo baptista Albertus de re ędificatoria libro octauo ubi de columnis scribit, recte mihi nominare uidetur propodium & crepidinem: est enim crepido, ut ait Festus, saxum prominens: & Seruius grãmaticus inquit. Crepido est abrupti saxi altitndo. Virgilius in 10. Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi. expositis stabit scalis.

עֵט Stilus, translatio nostra calamum interpretatur. Psalmus 45. Lingua mea calamus scribę uelociter scribentis, sed rectius noster Hieronymus in suo psalterio de hebraica ueritate sic. Lingua mea stilus scribæ uelocis. & Iob 19. Stilo ferreo & plumbi lamina.

עָטָה Induit, amiciuit, operuit. Ieremiæ. 43. Et amicietur terra Ægypti sicut amicitur pastor pallio suo. & Psalm. 104. Amictus lumine sicut uestimento. & Psalmo 109. Fiat ei sicut uestimentum quo operitur. & infra. Operiantur sicut diploide confusione sua. עָטָה Aduertit, respexit, discessit, diuerrit, uagatus est, declinauit. 1. Regum 15. Sed uersus ad prædam es: & sic etiam Ionathas chaldaice traduxit, sed translatio nostra interpretatur aliter, Canticorũ primo. Ne uagari incipiam post greges sodaliũ tuorum. Origenes in omilia prima, super cantica traduxit iuxta superiorem significationem sic. Nequando fiam sicut coopertus super greges sodaliũ tuorum: melius sic, tanquam aduertens uel discedens ad greges sodalium tuorum. Rabi Salomon astipulari uidetur Origeni: ad hoc enim allegat uersiculum Leuitici decimotertio. Caput nudum os uestę contectum, licet ibi possint intelligi labra uulgo auersa: rabi Dauid kimhi exponit declinans & discedens.

עַטַלֵּף Vespertilio. Leuitici 11. Vespertilionem & upupam quoq;.

עָטִין Vas mulctrale in quo lac colligitur. ut Virgilius in bucolicis. Bis uenit ad mulctram: ego aũt nescio quare

translatio noſtra interpretatur uiſcera. Iob uiceſimoprimo. Viſcera eius plena ſunt adipe. Nam etiã in hac dictione adipe putatur error, ſcribitur enim per camez & nõ quinq; punctis, hebraica igitur ueritas ſic legit, Mulctralia eius implentur lacte.

✻ עָטַת Obduxit, occultauit, operuit, abſcondit. Pſalm. 65. Et ualles abundabunt frumẽto. Hieronymus ſic. Et ualles plenæ frumento coæquabũtur: tu uero ſecundum etymologiam rectius ſic dixeris. Et ualles operientur frumento, ita Iob 23. Si me uertam ad dexteram nõ uidebo illum, melius ſic. Abſcondetur dextrorſum & nõ uidebo, hoc eſt, ſi in parte meridionali occultauerit ſe non uidebo eum. עָטַת Syncopizauit, in extaſi fuit, defecit, mœſtus eſt, contriſtatus, anxiatus. Pſalm. 61. Dum anxiaretur cor meũ. & in titulo Pſalmi 102. Oratio pauperis cum anxiaretur, id eſt, ſecundũ Rabi Salomonem cum anima eius operiretur, ſeu ſecundum alios deficeret in tribulatione. Threnorũ 2. Cum deficeret paruulus & lactens: & infra, cum deficerent quaſi uulnerati. Inde nomen עָטַת ut eodem in loco. Pro anima paruulorum tuorũ qui fame pereunt, id eſt, ſyncopi conſtitutorum propter famem. & Pſalm. 107. Anima eorum in ipſis defecit. עָטַת Serotinauit, tardauit, poſteriorauit, Geneſis 30. Quando uero ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas: & infra. Factaq; ſunt ea quæ erant ſerotina, id eſt, de poſtremis, hoc eſt, poſteriore tempore.

✻ עָטַר Circũdedit, coronauit. Canticorum 3. In diademate quo coronauit eum mater ſua, Inde עֲטָרָת ſertum, corona, diadema. Pſalm. 21. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo: rectius de hebraico uerbum de uerbo ſic, pones ad caput eius coronam auri, uult dicere, auri optimi & purgatiſſimi, quod hic Hieronymus obrizum appellat. Inde nomen uerbale uel participiũ מְעַטֵּר 1. Regum 23. In modum coronæ cingebant Dauid & uiros eius. & Pſalm. 102. Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. ſic Pſalm. 8. Gloria & honore coronaſti eum.

✻ עָטַשׁ Oſcitauit, ſternutauit: cuius nomen עֲטִישָׁה inuenitur Iob 41. Sternutatio eius ſplendor ignis, quod alij exponunt de oſcitatione.

✻ עִיב Obtenebrauit. Threnorũ ſecundo, Quomodo obtexit caligine, putant aliqui deriuatum à עָב nube quaſi obnubilauit.

✻ עִיה Deſertum, uaſtitas, fodina & diſperſio lapidum, aceruus. Micheæ primo. Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum, id eſt, in deuaſtationem et in deſertionem. & hoc indicat chaldaica translatio per uocabulum, quod ſignificat cumulos lapidum & diſperſionem lapillorum. utitur enim Ionathas chaldæus eadem interpretatione hic ſicut facit Ieremiæ 51. Et erit Babylon in cumulos. Item Iob 30. Verumtamen non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam. rabi Salomon exponit, Sed nõ in tumulo ſepulchro foſſa uel fouea conſueuit iudex mittere manum, id eſt, poteſtatem ſuam. & pluraliter עִיִּים Pſalmo ſeptuageſimonono. Poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam, ubi ſeptuaginta uolentes oſtendere quòd Ieruſalem euerſa & deſtructa eſſet, ipſi pro palatijs eminentiſſimis

eminentissimis Ierusolomytanę urbis ostenderunt posita esse tuguria, sic enim græce legi solet. posuerunt Ierusalem quasi oporophylaciū, id est, tugurium, hoc est, domunculam hortulanorū. sed hebraice legitur in numero plurali quod secundum Paulum episcopum Burgensem recte transfertur fossas siue foueas. quæ cum fodiuntur solent ex eis lapides in aceruum cumulari. Vnde translatio Hieronymi de hebraica ueritate simul stare posset qui sic transtulit: posuerūt Ierusalem in aceruos lapidum. & Isaiæ 17. Et erit sicut aceruus lapidū in ruina: placeret mihi fodinas dicere. nam nihil hic de pomis agitur. Præceptor meus Iacobus iehiel Ioans doctor Iudęus, dixit hoc uocabulum solitudinem significare.

✻ עִיי Aceruauit, congregauit, cumulauit. Exodi 19. Mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua. sic etiam Onkelus chaldaice traduxit. sed translatio nostra legit aliter. Ieremiæ 5. Confortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, credens uerbum esse עִוּי de quo superius diximus, quod rabi Ioseph kimhi pater magistri Dauid in eius commētarijs exponit congregamini, quē hebręorum schola sequitur, similiter interpretatur eiusdem 4. Confortamini nolite stare, id est, cōgregamini & fugite ad arcem Sion altissimum fortaliciū. sic Isaiæ 10. Habitatores Gebin cōfortamini, dicere debuit congregamini.

✻ עַיִט Auis, uolucris, turba auiū. Isaiæ 18. Et relinquentur simul auibus montium. & infra. Et æstate perpetuabunt super eum uolucres. & Genes. 15. Descenderuntq; uolucres super cadauera. & Esaiæ 46. uocans ab oriente auem, ubi quidam interpretantur cōsiliarium, & ab hoc nomine deriuatur uerbū quod significat inuehi, obstrepere, increpare, & subito commoueri, sicut cum multitudo auium in campo simul commorantium perterrita subito inuehitur cum quodam impetu & strepitu. sic 1. Regum. 25. Et auersatus est eos. id est, & inuectus est in eos. & dicunt grāmatici hebræorum quod uerbum sit nominale deriuatum à præsente uocabulo quia iod scribitur per patha.

✻ עַיִן Aspectus, color, oculus. Isaiæ. 52. Oculo ad oculū uidebunt. & pluraliter Psalm. 115. Oculos habent & non uidebunt. Inde uerbum deriuatur עִיֵּן Inuidebat, quod translatio nostra circūloquitur sic. 1. Regum 18. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid. Inde superficies, aspectus, species. Ezechielis 1. Quasi species electri de medio ignis. & infra. Et scintillæ quasi aspectus æris candētis. עַיִן Fons. Genesis 16. Iuxta fontem aquæ quæ est in uia Sur. & pluraliter fœminini generis עֵינוֹת Exodi 16. ubi erant 12. fontes aquarum & septuaginta palmæ. & per prothesin accipit nem. Canticorum 4. Hortus conclusus fons signatus. & infra. Fons hortorum puteus aquarum uiuentium. & pluraliter in masculino. haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis. similiter in fœminino genere Genesis 7. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.

עָיֵף Lassus, deficiens. Deutero. 25. Quando tu eras fame & labore confectus, periphrasticos Isaiæ 5. Non est deficiens neq; laborans. & eiusdē 28. Hæc est requies, reficite lassum. Inde deriuatur uerbū lassatus est seu defecit. Isa. 40.

Et non deficiet neq; laborabit, & infra, deficient pueri & laborabunt.

✽ עִיק Gemuit: translatio noſtra habet ſtridit. Amos 2. Ecce ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrū onuſtum fœno: magis autem proprie ad gemitum refertur quam ad ſtridorem, iuxta Virgiliū in 6. Æneidos. gemuit ſub pondere cymba. uox enim illa tribulationis, per quam ſignificamus anguſtiam, qua premimur hoc uocabulo rectiſſime ſignificatur. Vnde Ionathas chaldæus ubi apud nos legitur tribulatio, ibi præſens hoc uocabulū poſuit. ſicut Nahum 1. Confortans in die tribulationis interpretatur in tempore עֵת & in hoc loco primum quod ponitur eſt uerbum tranſitiuum ſignificatq; gemere facio, ſecundum eſt abſolutū, id eſt, gemit, ut ſit ſenſus. Ecce ego gemificans uos ſubter ſicut gemit plauſtrum plenum ſibi frumento.

✽ עִיר Ciuitas, urbs. Geneſis 11. uenite faciamus nobis ciuitatem, & in plurali deponit iod. ut Geneſis 41. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis urbibus recōdita eſt. Eſt quando retinet etiam in plurali iod. ut Iudicum 10. Principes triginta ciuitatū. quod de uerbo ad uerbum ſic legitur. Et triginta ciuitates eis ſupple erant. ſed quādo iod abiicit, tunc ſæpe per ſynonymiā coincidit cum hoſte & inimico in numero plurali. ut Micheæ 5. ubi nos legimus, Et cōteram ciuitates tuas, hebræi habent, & conteram hoſtes tuos. עִיר Pullus. Iob 11. Pullum onagri ſe liberum natum putat. & Zachariæ 9. Et ſuper pullū filium aſinæ. Sic intelligitur illud Iudicum 10. Habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum; ſimiliter iod facit diphthongum Geneſis 49. Ligans ad uitem aſinam ſuam: ubi ô fili mi non eſt de textu ueritatis hebraicæ. Significat autem pullum tam muli quàm aſinæ.

✽ עֵישׁ Sydus eſt ſic dictum. quem translatio noſtra ueſperū uocat. Iob 38. Et ueſperum ſuper fines terræ conſurgere facis. diximus de eo ſuperius in litera ain ſequente uau.

✽ עַכְבָּר Mus. Leuitici 11. Muſtela & mus.

✽ עַכְבִּישׁ Aranea. Iſaiæ 59. Telas araneæ texuerunt. & Iob 8. Aranearum tela fiducia eius.

✽ עֶכֶס Monile calceamentorū uarigeratum & ſquamatum, ac ornamentum pedum, quod Iulius Pollux lib. 5. nominarij ſui cap. 16. appellat periſphyriō. Iſaiæ 3. Auferet dominus ornamentum calceamentorum. Inde uerbum deriuatur, quod ornare pedes ſignificat. Iſaiæ eodem cap. Et pedibus ſuis compoſito gradu incedebant: quod uerbum è uerbo ſic dicitur, & in pedibus ſuis ornabantur ſcilicet periſphyrio, cuius inſtar etiā compedes & pedicæ nominantur, quia ſolent ad ſimilitudinem talium ex ære fieri quibus uinciuntur pedes. Prouerbiorum 7. Et quaſi agnus laſciuiens & ignorans: & neſcit quod ad uincula ſtultus trahat: longa periſtaſis in qua nihil de agno dicitur, ſed uerbum è uerbo ſic interpretatur. Et quaſi pedica ſeu compes ad caſtigationem ſtulti. Quidam hebræorum in Germania uolunt hoc uocabulo uenenum ſignificari, & ſcribitur ſex punctis.

✽ עָכַר Turbauit. Geneſis 35. Turbaſtis me: & Ioſue 7. quia turbaſti nos extur bet te dominus in die hac. & 1. Reg. 14. Turbauit pater meus terram. & Paralippo

ralippomenon 2. Qui turbauit Israël.

✻ עַכְשׁוּב Aspis. Psalm.140. Venenum aspidum sub labijs eorum. & nota quod iste uersiculus non ponitur in Psal. 15. uel 14. sicut nos legimus.

✻ עֹלֵל Paruulus. Ieremię 6. Effunde super paruulū foris. et pluraliter Threnorum 4. Paruuli petierūt panē. & Psal. 8. Ex ore infantiū & lactentiū. patitur etiam præpositionē mem מֵעֹלֵל uel thau תֵּעָלֵל & fit nomen adiectiuum. Isaiæ 3. Et effœminati dominabuntur eis, pro infantiles. עֲלִילָה Actus, conatus, studium, cogitatio, consilium, debita opera. Psalm.66. Terribilis in cōsilijs super filios hominum. melius sic secundū Hieronymum. Terribile cōsilium super filios Adam, id est, opera eius sunt terribilia. sic Ieremię 32. Magnus cōsilio & incomprehensibilis cogitatu. Inde uerbū deriuatur עוֹלֵל & תִּתְעַלֵּל Exodi 9. Quotiens cōtriuerim Ægyptios. quod rectius sic intelligitur: quid parauerim in Ægypto, seu quid egerim aut conatus fuerim. & Psalm.9. Adnunciate inter gētes studia eius, id est, opera. Sic ubi nos legimus Threnorū 1. Sicut dolor meus quoniam uindemiauit me, Hebræi habent, sicut dolor meus qui factus est mihi: et sic rabi Salomon exponit. similiter infra. Et uindemia eos sicut uindemiasti me. pro quo rectius, Et fac eis sicut feciſti mihi. sic exponit rabi Dauid kimhi. significat etiam illudere & opprobari. Nume. 22. Quia illusisti mihi, sic primo Regū 31. Ne forte ueniant incircumcisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Inde nomen Deutero. 22. Imponit ei nomē pessimū, id est, opprobria inquisitionis, huc aliqui canonizant, id quod scribitur Nehe. 8. Et respondit omnis populus amen amen eleuantes manus suas, & sic significat eleuare. עֲלִיל Est leo seu uas alkimicum in quo sublimatur aurum & argentum, quod magistri eius artis aludel nominat. Psalmo 12. Argētum igne examinatum probatum terræ. עֵלִי Mortariū, pila. sic Prouerbiorum 27. Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo. Quidam putant uas esse ad similitudinem superioris, & hoc esse à superiore deriuatum: huius sententiæ fuit Ioseph kimhi. עוֹלֵל Reliquias collegit, uindemiauit, & ut sic dicam racemauit. Ieremiæ 6. Vsq; ad racemum colligant, quasi in uinea reliquias Israël. & est interpretatio sensus de sensu septuaginta sic. Racemantes racemate, quasi in uinea reliquias Israël: sed rectius uerbum è uerbo sic: Vindemiando uindemiabunt quasi uitem reliquum Israëlis. Dicitur autē de frugibus, quarum postremo tandem reliquiæ colliguntur. Deute. 24. Non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus aduenę pupilli ac uiduæ. עוֹל Iugum. 1. Regū 6. Duas uaccas fœtas quibus non est impositum iugum, uerbum è uerbo sic: quod nō ascenderit super eas iugum. & Deuteronomij uicesimo octauo. Et ponet iugum ferreum super ceruicem tuam.

✻ עֶלֶג Balbus. Isaiæ 32. Et lingua balborum uelociter loquetur & planè, id est, diserte pure ac nitide, & per metathesin לָעַג id est, subsannauit. Isaię trigesimo septimo, Subsannauit te uirgo filia Sion. & Psalmo secundo, Dominus subsannabit eos, uide supra in litera lamed ante ain.

✻ עָלָה Ascendit. Exodi 19. Moses

autem aſcendit in mõtem ad deum: ubi in montem ſignatur obeliſcus. & Pſalmo 68. Aſcendiſti in altum. Canticorum 3. Quæ eſt iſta quę aſcẽdit. Inde multa deriuata מַעֲלֶה מַעֲלֵה quæ ſurſum ſignificant ſicut aſcenſiones & gradus. Item Ioſue octauo. Et duxerũt eos ad uallem Achor. עוֹלָה Hoſtia, holocauſtum, ſacrificium. Leuitici 1. In holocauſtum & ſuauem odorẽ domino. & Iſaiæ 61. Odio habens rapinam in holocauſtum. &pluraliter 3. Regum 3. Mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon.

עַל In, ad, apud, ſuper, ſupra. aduerſum 4. Regũ 9. Lenticulam olei fundes ſuper caput eius. & Pſalm. 2. Aduerſus dominum & aduerſus Chriſtũ eius. & 1. Reg. 2. Et abiit Elcana in Ramatha in domũ ſuam, id eſt, ad domum. & quidam libri habent אֶל ſed antiquiſſimi habent עַל Inuenitur ſæpe per defectũ conſequentis, Oſeę ſeptimo. reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo: melius 70. In nihilũ. Terentius. adeo uenuſta ut nihil ſupra. & 2. Regum 23. Dixit uir cui non conſtitutum eſt ſupra, ſic enim legi debet & eſt diſtinctio. מֵעַל מִמַּעַל מִמַּעֲלָה Super, deſuper, deſurſum, ſuperne. Ezechielis 1. Nam cum fieret uox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum. Item eodem. & facies eorum & pennæ eorum extentę deſuper. Item Iſaiæ. 6. Seraphim ſtabant ſuper illud: dicunt aliqui quod he finalis ſit paragoge, alij quod ſit litera terminalis generis fœminini.

עָלָה Finiuit, cõſummauit, terminauit depoſuit. trãslatio noſtra habet reduxit, reuocauit, adduxit. Gen, 46. Et ego inde adducam te reuertentem, id eſt, ſepeliam te. & Pſalm. 102. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. rabi Salomon exponit: ne finias termines uel conſummes me. & ſecundũ hoc intelligit rabi Ioſeph kimhi uerſiculum qui legitur Nahum 2. miles captiuus abductus eſt.

עֲלִיָּה Cubile, cœnaculum, uel ut ſic dicam camera 4. Regum 4. Faciamus ergo cœnaculum paruum. תְּעָלָה Riuus, aquæductus 4. Regum 18. Steterunt iuxta aquęductũ piſcinæ ſupioris, & Iſaię 7. Ad extremũ aquęductus piſcinę ſuperioris & 3. Reg. 18. Et foſſa aquęductus repleta eſt aquis. עָלָה Curauit. Iere. 8. Quare nõ eſt obducta cicatrix filię populi mei. inde nomẽ. תַּעֲלָה Sanitas. Ieremię 46. Fruſtra multiplicas medicamina: ſanitas non erit tibi. & eiuſdem 33. Ecce ego obducam eis cicatricem & ſanitatem & curabo eos. עֲלָה Crater quo libatur uinũ 2. Paralip. 23. De qua facta ſunt uaſa templi in miniſterium ad holocauſta phialę quoq; & cętera uaſa.

עָלִי Inſtrumentum muſicum. Pſal. 92. In decachordo pſalterio cum cantico in cithara. Munſt. Capitur ibi. עלי prępoſitionaliter & עשור pro decachordo. עָלִי Coxa, & id quod crure ſuperius eſt. 1. Regum 9. Leuauit autẽ cocus armum. pro quo hebraica ueritas legit. Leuauit autem cocus crus & coxam eius. ſic etiam chaldaica translatio Ionathę cõtinet. Munſt. Hebraiſmus proprie habet, crus ſeu armũ & quod eſt ſupra ipſum: eſt autẽ foemur ſeu coxa ſupra armũ. עֲלֶה Folium arboris. Geneſis 8. Portans ramum oliuę uirentibus folijs in ore ſuo, ueritas hebraica ſic habet: & uenit ad eum columba ad tempus ueſperę, & ecce foliũ oliuę raptum in ore ſuo, ſic Pſal. 1. Et folium eius non

defluet

defluet. & Genes. 3. Et consuerunt folia ficus. translatio nostra sæpe frōdes & ramos interpretatur, ut Nehemiæ 8. Afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, & frondes myrti & ramos palmarum, &c. עֶלְיוֹן Supremus, summus, altissimus. Psalm. 91. Qui habitat in adiutorio altissimi. & Ezech. 41. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & in mediū, id est, de infimo ad summū.

* עָלַז Exultauit, lætatus & gauisus est. Psalmo 149. Exultabunt sancti in gloria. & Psalmo, Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. & Sophonię tertio. Lætare & exulta in omni corde.

* עֲלַטָּה Caligo tenebrosa. Geñ 15. Cū ergo occubuisset sol facta est caligo tenebrosa. Ezec. 12. In caligine egredieť.

* עָלַם Abscondit, cuius passiuū legitur, Leuitici 5. Et oblita fuerit. quod uerius sic legeretur. Et absconditum fuerit ab eo. nam Onkelus chaldæus interpretatur & coopertū fuerit ab eo, id est, latuit ei. sic Iob 28. Abscondita est ab oculis omnium uiuentiū. & Psalm. 26. Et cum iniqua gerentibus non introibo: quāuis aūt ista translatio non sit de uerbo ad uerbū, tamen melius ad sensum quadrat quā Hieron. qui uertit: & cum superbis non introibo, nam superbi uolūt esse in aperto. sed iniqua gerentes cupiunt esse in abscondito & fugiunt lucem: ueritas aūt hebraica sic legit, Et cum abscōditis non ambulabo. Quod rabi Salomon exponit scilicet cum ijs, qui agunt cōuenticula in occulto ad perpetrandum actus eorū in tenebris: & Iob 6. Qui timent pruinam irruet super eos nix, hebræi legūt: obfuscata à gelu abscondet ea nix. & Psal. 44. Ipse enim nouit abscōdita cordis. Vnde quidam huc referunt titulum, Psalm. 9. pro occultis, & quamuis Burgeñ. pro iuuentute exponat, tamē rabi Dauid kimhi intelligit super occultis cantici & arcanis eius. Vide illic Nicolaum de lyra, & Paulū Burgen. in additionibus. עֶלֶם Puer, iuuenis, adulescens. 1. Reg. 17. Interroga tu cuius filius sit iste puer: & loquitur de Dauid quando interfecit Gigantē Philistæū, inde adulescētia עֲלוּם ut Iob 33. Reuertatur ad dies adulescētię eius. & Iob 20. Ossa eius implebūtur uitijs adulescentiæ eius. עַלְמָה Puella, iuuencula, adulescētula, uirgo. Geñ. 24. Et uirgo quę egredietur ad hauriendam aquam audierit à me: ubi Onkelus chaldaice traduxit, puella uel adulescentula. & Exodi 2. Perrexit puella, & uocauit matrē pueri. & Isaię 7. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium, ubi Ionathas chaldæus eodē utitur uocabulo, quo superius Onkelus de Rebecca usus est. & Prouer. 30. Via aquilę in cœlo, uia colubri super petram, uia nauis in medio mari, & uia uiri in adulescētula, ubi mendosi codices habent adulescentia sed male. & pluraliter Psal. 68. In medio iuuencularū tympanistriarū: & mouetur à superiore uocabulo generis masculini in fœmininū, sicut puer puera siue puella. עוֹלָם Æternitas, æternū, sæculū. Exodi 15. Dñs regnabit in ęternū, & ultra, Isaię 45. Israël saluatus est in dño salute æterna: ubi poniť pluralis numerus quasi dicat salute sęculorū scilicet amborū tā pręsentis quā futuri. Vnde in Psal. 41. diciť. Benedictus dñs deus Israël à sęculo usq; in sęculū amē amē. Significat aūt nō semp infinitū, sed quandoq; determinatū & quandoq; longū, ut Exod. 21. Et erit ei seruus in sęculū. et Psal. 119. In ęternū nō obliuiscar iustificatiōes

tuas

tuus, id est, quoad uixero. Et finaliter sciendum est, quod hęc dictio significat durationem secundum materiam subiectā, Ecclesiastis 1. Iam enim pręcessit in seculis quę fuerunt ante nos, exponit rabi Salomon in seculis quę transierūt ante nos, & sic finita sunt.

עָלַס Lætabatur, gaudebat, exultauit: Iob 20. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic sustinebit, ubi scribit rabi Salomon quod hoc uerbum significat gaudium cōuersione zain in samech, ut sit sensus, iuxta diuitias permutationis suæ non gaudebit.

עָלַע Defecit, syncopizauit, defessus est: Ionę 4. & percussit sol super caput Ionæ & æstuabat. Septuaginta rectius traduxerunt sic: & angustiatus est, sed melius ita, & defecit. Sic Amos 8. In die illa deficient uirgines pulchrę & adolescentes in siti. עָלַף Obduxit, texit. Canticorum 5. Venter eius eburneus distinctus sapphiris: pro quo melius obductus uel tectus, alij circumductus: & Genesis 38. Assumpsit teristrum & mutato habitu sedit in biuio. Istud profecto arbitratu meo aliquantum obscure interpretatur: nam ueritas hebraica sic habet, Et despoſuit uestimēta uiduitatis ab ea & operuit se calyptra seu peplo, & obducta seu tecta est.

עָלַץ Lætatus est, exultauit, gauisus est: 1. Regum 2. Exultauit cor meum in domino: & 1. Paralippomenon 16. Exultent agri & omnia quę in eis sunt.

עֲלוּקָה Sanguisuga quę perpetuo haurit sanguinem: Prouerbiorum 30. Sanguisugę duę sunt filię, licet aliqui Hebręorum interpretentur sic, Inferni duæ sunt uoces da da; alij transumptiue exponunt duas esse perpetuas uoragines, paradisum & infernum, quarum ista dicit da mihi iustos, illa uero da mihi prauos. Eam dictionem alibi nō reperio in canone sacrarum literarum.

עִם Cum uel in: Canticorum 4. Cum pomorū fructibus cyperi cum nardo cum uniuersis lignis libani: & in compositione pronominum profertur mem per dages quasi sit litera geminata.

עַם Populus: Deuteronomij 32. Populę stulte & insipiens: & uidetur esse ortum à dictione superiore quę aliquem concursum & cōiunctionem significat: hominum enim cōcursus siue coniūctio facit populum. עָמַם Occcultauit, obduxit, obscurauit, Threnorū 4. Quomodo obscuratum est aurum, sed translatio nostra uariauit Ezechielis 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: ueritas enim hebraica sic legit, Cedri nō occultarūt eum in horto dei, id est, quod non fuerit inferior cedris, neq; obductus siue depressus à cedris.

עָמַר Stetit: Iosue 10. Steteruntq; sol & luna donec ulciscerętur se gens: & in fœminino, Psalmo 26. Pes meus stetit in directo: Nahum 2. State state, ex quo multa oriuntur transitiua similiter & nomina, & Nehemię 13. Et feci stare in stationibus suis. Inde etiam deriuatur uocabulum quod sequitur. עִמָּדִי Penes, apud, secus me, hoc est, in eo loco ubi ego steti atq; mecum: ut Psalmo 50. & pulchritudo agri mecum, id est, apud me. Iob 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum. Alij uolunt dictum quasi per epētheſim daleth à præpositione cū, & non reperitur nisi primę personę.

עַמּוּד Columna: Ieremię 1. Et in co

lumnam

lumnam ferream: & Iudicum 16. Tangã colũnas quibus omnis imminet domus: & ad eius similitudinem dicitur colũna nubis. Exodi 13. Per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis.

עָמַל Exercuit, fatigauit, laborauit. Ionę 4. In qua non laborasti: & Prouerbiorum 16. Anima laborantis laborat sibi: & Psalmo 127. In uanum laborauerunt qui ædificant eam: & Ecclesiastis 1. de uniuerso labore suo quo laborat sub sole, inde nomen עָמָל Psalmo 90. Labor & dolor.

עָמַס Onerauit seu onus imposuit. Genes. 44. Oneratisq; rursum asinis: hebraice sic, & onerauit unusquisq; asinũ suum: sic Zachariæ 12. Ponã Ierusalẽ lapidẽ oneris. Item omnes qui leuabunt eum: & Nehemię 13. Et onerãtes super asinos uinũ. Mutatur aliquãdo samech in sin, inuenitur'q; per sin scriptũ, Nehemię 4. ędificantiũ muros & portantiũ onera.

עָמַק Profundauit uel profundus fuit: Psalmo 92. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuę. Inde adiectiuum עָמֹק Leuit. 13. Ipsamq; speciẽ leprę humiliorẽ cute, id est, profundiorẽ: & plur. Prouerb. 20. Sicut aquę profundę sic cõsiliũ in corde uiri, scribitur'q; per dages. Inde uerbũ graue transitiuũ: Isaię 29. Vę qui profundi estis corde, id est, profundificati. Inde à profunditate nominat' uallis, & scribit' quinq; pũctis עֵמֶק Psal. 84. In ualle lachrymarum: & pluraliter 3. Regum 20. Et non est deus uallium. A uerbo deriuatur nomẽ עֹמֶק profunditas. Prouerbiorum 25. Cœlum sursum & terra deorsum, hebraice sic, Cœlum ad altitudinem & terra ad profunditatem & recipit in principio prothesin mem literæ: מֵעֲמַק Psalmo 130. De profundis clamaui ad te domine.

עָמַר Venundedit, uendidit uel uenale prostituit siue locauit. Deuteronomij 21. Nec uendere poteris pecunia nec opprimere per potentiam, pro, nec prostituere siue locare. עֹמֶר Gomor. Exodi 16. Gomor per singula capita. Et scribit Suidas græcus quod gomor sit species cuiusdam mensuræ hebraicæ, quod & rabi Salomon commentator affirmat non tamen ostendens cuius quantitatis sit nisi in fine huius capituli ubi eius mensuram uenatur descendendo ab una ad aliam in uersiculo, Gomer autem decima pars est epha: sed Hieronymus hoc explicat in libro hebraicorum nominum dicens. Gomer est mensura Atticarum chœnicum trium, & abundat apud nos g litera quę apud Hebræos non ascribitur sed nobis solum indicat primã syllabam de gutture fore proferendam: ut in capite 7. primi libri ostendimus in uerbo ragan. עֹמֶר Manipulus aristarum seu spicarum collectio siue fascis. Iob uicesimoquarto. Et esurientibus tulerunt spicas, licet Septuaginta interpretes traduxerint stipulam. Zacharię 12. ubi nos legimus, & sicut facem ignis in fœno, illi habẽt in stipula: & per hirek cum dages Amos secundo. Plaustrum onustum fœno, quod Hieronymus in commentarijs corrigens addit uel stipula: & ponitur collectiue pro fascibus frumẽtorum secundum rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs super duodecim.

עָמַת Aduersum, præsto, contra, econuerso. Ecclesiastis quinto. Quomodo uenit sic reuertetur: hebraice ita, totũ ecõuerso quod uenit sic uadit. Significat

& cum

& cum,coram, apud,prope, ut Leuitici 3. Et caudã totam cum renibus. Et ſignificat conſimilem, parem, ſocium, proximum, eiuſdem 6. Negauerit proximo ſuo depoſitum.

* עָנָן Nubes: Exodi 19. Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis. Geneſis 9. Apparebit arcus meus in nubibus. Inde deriuatur uerbum tranſitiuum in eodem cap. quod ſignificat obnubilare ſeu nubibus obducere, cumq; obduxero nubibus cœlum, hebraice ſic, Et erit in obnubilando me nubem ſuper terram.

מְעוֹנֵן Maleficus, ueneficus, pręſtygiator. Deuteronomij 18. Ne ſit maleficus nec incantator. Vide ſupra in ain ſequente uau.

* עָנָב Vua. Deuteronomij 32. Et ſanguinem uuę biberẽt meraciſſimum: & pluraliter Oſeę 9. Quaſi uuas in deſerto inueni in Iſraël: & Leuitici 25. Et uuas primitiarum tuarũ non colliges, ubi ponitur dages propter euphoniam.

* עָנַג Delectauit: Pſalmo 37. Delectare in domino & dabit tibi petitiões cordis tui, ſimiliter in eodem. Et delectabuntur in multitudine pacis. Inde nomẽ עֹנֶג delectatio deliciæ ſeu oblectatio. Prouerbiorum 19. Non decent ſtultum delicię: & pluraliter Canticorum 7. Quã decora chariſſima delicijs.

* עָנַד Annodauit, ligauit, adnexuit, circumdedit. Iob 31. Et circumdẽ illum quaſi coronam mihi: & Prouerbiorum 6. Et circumda gutturi tuo, id eſt, liga ſuper guttur tuum.

* עָנָה Exaudiuit, reſpondit: 1. Regum 28. Et non reſpondit ei: Ioëlis 2. Et reſpondit dominus: & 3. Regum 18. Baal exaudi nos, id eſt, reſponde nobis hoc eſt, uotis noſtris. Inde nomen uerbale in eodem loco, Et non erat uox nec qui reſponderet, hebraice ſic, & non reſpondens: & Exodi 19. Moſes loquebatur & dominus reſpondebat ei: Oſee 2. Exaudiam cœlos & illi exaudiẽt terram & terra exaudiet triticum, id eſt, correſpondebunt neceſſarijs: & eſt trãſitiuum tertij: ut Eccleſiaſtis 10. Pecuniæ obediunt omnia, id eſt, pecunia correſpõdere facit omnia. Significat autem quandoq; ſine interrogatione reſpondere ſiue loqui, ut 1. Regum 9. Cumq; aſpexiſſet Samuel Saulem dominus dixit ei. עָנָה Teſtificatus eſt, loquutus eſt, aſſeruit. Exodi 20. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium: & Deuteronomij 19. Si ſteterit teſtis mendax cõtra hominem accuſans eum, uerius, id eſt, ad teſtificandum: & infra. Inuenerunt falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mẽdacium, quod Onkelus ſic uertit chaldaice uerbum è uerbo: Et ecce teſtis falſus teſtificatus eſt falſum teſtimonium in fratrem ſuum, & ubi nos legimus Geneſis 30. Reſpõdebitq; mihi cras iuſticia mea, ibi Hebręorum grammatici exponunt ſic, Et teſtificabitur mihi iuſticia mea in die craſtino: & 1. Regum 12. Loquimini de me coram domino, id eſt, teſtificamini contra me. עָנָה Alternis cecinit, reſponſorie cãtauit, prędinuit: ut Pſalmo 147. Prędinite domino in confeſſione: & Exodi 15. Quibus prędinebat dicens: Oſeæ 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuę: & Exodi 32. Vocem cantãtium ego audio: totum hoc ſignificat exaltationẽ uocis in cantico, quamuis ſignificet quãdoq; in genere omnem clamorẽ, ut in eodem. Non eſt clamor adhortantium ad

pugnam

pugnam. Inde quidam Hebræorũ exponunt illud Geneſis 16. eo quod audierit dominus afflictionem tuam, ſic ſcilicet, quia audiuit dominus clamorem tuum.

עָנָה Afflixit, humiliauit: Pſalmo 35. Humiliabam in ieiunio animam meam: ſic Pſalmo 116. Ego autẽ humiliatus ſum nimis: & Zachariæ 10. affligentur quia non eſt eis paſtor, ſic Iſaiæ 51. A uoce eorum non formidabit & à multitudine eorum non pauebit, uerius ſic: à multitudine eorum non humiliabitur: unde Septuaginta interpretes uerſiculum illum qui legitur Pſalmo 119. Antequam humiliarer ego deliqui, rectius traduxerunt quã Hieronymus qui uertit ſic, Antequam audirem ego ignoraui. Inde nomen adiectiuum עָנִי humiliatus, humilis, egenus, inops, afflictus. Ezechielis 16. Et manum egeno & pauperi non porrigebãt: & Pſalmo 70. Ego uero egenus & pauper: & pluraliter Iſaiæ 41. Egeni & pauperes quærũt aquas: & Pſalmo 12. Propter miſeriam inopum. Inde nomen ſubſtantiuum עֳנִי humilitas: Pſalmo 22. Quoniam non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis, uerius ſic, Afflictionem ſiue humilitatẽ pauperis ſiue afflicti ſeu humilis: nam in eodem Pſalmo ſic interpretatur. Et à cornibus unicorniũ humilitatẽ meam. Similiter Pſalmo eodem, Edent pauperes & ſaturabunt. Item Zachariæ 9. Pauper & aſcendẽs ſuper aſinã, omnia quandã depreſſionẽ, paupertatẽ & humilitatem ſpiritus ſignificãt: ſed & laborẽ, negocium & occupationẽ quoq; Eccleſiaſtis 1. Hanc occupationẽ peſſimã dedit deus filijs hominum ut occuparentur in ea, id eſt, hoc negocium ut laborarent in eo: ſic eiuſdem 3. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt: hebraice ſic, Quia cuncti dies eius doloroſi: & iracũdia ſeu indignatio negocium eius. Inde לְמַעַן id eſt, cauſa motiua propter quam eſt totum negociũ: Pſalmo 51. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, id eſt, propterea quod, uel ob eam cauſam iuſtificaberis: ſignificat enim propter. Sic Prouerbiorum 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, id eſt, ad ſui negocium. מַעֲנָה Iuger quod par boum in die poteſt arare: 1. Regum 14. ubi translatio noſtra uocabulum hoc deſcribit per circumlocutionem cum dicit: In media parte iugeris quam par boum in die arare conſueuit: aliter enim & multo breuius hebraice legitur ſic, Quaſi in medio iugere combinationis ſiue bigarum árui, hoc eſt, binorũ boum in aruo. Rabi Dauid Kimhi in libro radicum ſcribit uocari ſulcum. עֲנָה Bigæ aratri, hoc eſt, iugum tranſuerſum ad quod boues ligantur: Oſeæ 10. Cum corripientur propter duas iniquitates ſuas: quod uerius hebraice ſic legitur, Congregabuntur ſuper eos populi ligando eos ad bina iuga eorum. Non enim ſignificat hoc in loco iniquitates, cum ſecundum ueram orthographiam poſt ain hic non debeat ſcribi uau ſed iod loco eius, & nihilominus per holem punctari. עָנָו Mitis, mãſuetus, benignus: Numeri 12. Erat enim Moſes uir mitiſſimus ſuper omnes homines. Rabi Salomon exponit humilis & tolerans ſiue patiens: & pluraliter Prouerbiorum decimoſexto. Melius eſt humiliari cum mitibus.

✻ עָנָף Frondis, ramus: translatio noſtra uertit germen. Malachiæ quarto. Quæ non derelinquet eis radicẽ & ger-

men,sed rectius Septuaginta sic, Non relinquetur eis radix neq; ramus:sic Leuitici uicesimotertio. Et ramos ligni densarum frondium.

* עָנָק Torques,& monile colli tendens circum guttur: Canticorum quarto.Et in uno crine colli tui: quod legendum esset. Et in una torque colli tui: hoc satis indicat uersiculus ille Prouerbiorū primo.Et torques collo tuo, ubi ponitur plurale masculinum. Declinatur etiam quandoq; in fœminino,ut Iudicum octauo. Et præter torques aureas circum colla camelorū: sed illud quod legitur Deuteron.decimoquinto. Dabis uiaticum, intelligi debet secūdum linguæ proprietatem,id est,ornans ornabis eum,uidelicet aliquo honorario:rabi Salomon scribit aliquos sic exponere,Onerans onerabis eum scilicet muneribus, quod cęteri Iudęi sequuntur.

* עָנַשׁ Excussit, concussit, mulctauit,collectauit,damnauit pœna pecuniaria:Deuteronomij uicesimosecūdo.Cōdemnantes insuper centum siclis argenti:& 2.Paralippomenon 36. Et condēnauit terram centum talentis. Inde nomen mulcta, collecta, angaria: 4. Regum 23. Et imposuit mulctam terrę centum talenta,& nomen adiectiuum Amos 2. Vinū damnatorum bibebant.

* עָסַס Suppressit,conculcauit,calcauit,cōpressit,coēgit:Malachię 4.Et calcabitis impios,siue iuxta Septuaginta. Et cōculcabitis iniquos:alij legunt,& cogetis. עָסִיס Mustum,succus,dulcis potus nuper expressus:Ioēlis 1. Qui bibitis uinū in dulcedine: & eiusdē 3. Stillabunt mōtes dulcedinē:& Cant. 8. Et mustum malorum granatorum meorum.

* עָפָא Ramus,frondis, quod translatio nostra improprie petrā uertit: Psalmo 104.De medio petrarum dabunt uoces,id est, uerius, de medio frōdium uel ramorum dabunt uocē:unde rectius traducendo Hieron. ait, de medio nemorū dabunt uocē.Hebræorū aliqui exponūt de medio foliorum arboris.

* עָפֶל Munitio,arx,fortaliciū,propugnaculum, repugnantia: Micheæ 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Zion,id est,fortaliciū filia Zion:& Isaię 32. Tenebrę & palpatio factę sunt super spelūcas: ex quibus autoritatibus intelligis translationē nostrā putare hoc nomen caliginē siue tenebras significare,sed hoc ab Hebręis non recipit præsertim doctis. Nā rabi Salomō uersum illū qui legitur Numeri 14. At illi contenebrati ascēderunt, exponit:muniti fortificatiq; sunt ad ascēdendum:& rabi Dauid Kimhi in libro radicū assentitur & dicit quod eleuauerūt cor suū & cōfortabātur. Inde illud qd le gitur Habacuk 2.Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso,legunt sic:Ecce repugnantia,cōtentio siue temeritas: & Ionathas Chaldęus interpretatur malignitas siue impietas. Rabi Dauid Kimhi dicit superbia & elatio cordis instar eleuati & alti propugnaculi.

* עָפָר Puluis:Genesis 2.Formauit igitur dns deus hominē de limo terrę:rectius puluerē de terra:& Iob 28. Ferrum de terra tollitur, uerius de puluere: sicut Deuteronomij 9. Omnino quoq; in puluerem redigens: & in summa uocabulū hoc quatuor significata habet quæ sunt puluis,lutum,terra,orbis terrarū.Vnde legitur uerbum puluerisare:secundo Regum septimo. Terramq; spargens.

עֹפֶר Hinnulus. Canticorum 2. Similis est dilectus meus capreę hinnuloq; ceruorum: & eiusdem 4. Duo ubera tua sicut duo hinnuli. עוֹפֶרֶת Plūbum. Ieremiæ 6. Consumptum est plumbum: & Zachariæ quinto. Et ecce talentum plumbi portabatur. עֵץ Lignum, arbor. Genesis primo. Et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suū: & Oseę quarto. Populus meus in ligno suo interrogat.

✻ עָצַב Sollicitauit, contendit, irritauit, contristauit, perturbauit, ad iracundiam prouocauit, corripuit, & si dicere licet ęrumnauit: 3. Regum 1. Nec corripuit eum pater suus: & Isaię 54. Mœrētem spiritu uocauit te dominus, id est, perturbatam & irritatā: & Genesis 6. Et tactus dolore cordis & eiusdē 3. Multiplicabo ęrumnas tuas: omnia illa laborem, dolorem & sollicitudinem significant. Vnde illud Ecclesiastis 10. qui transfert lapides affligetur in eis: & Genesis 3. In dolore paries filios, scribitur tūc sex pūctis עָצָב sic Prouerbiorū 10. Nec sociabitur ei afflictio. Significat etiam elaborare cum sollicitudine. Iob 10. Manus tuę fecerunt me. Idē עֶצֶב & מַעֲצֵבָה עֶצֶב Pecunia, & bonorū substantia: Isaię 58. Et omnes debitores uestros repetitis, quod rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs exponit sic, Et pecunias uestras exigitis. Dicūtur autē pecunię sic forsitan à sollicitudine & ęrumna. עֶצֶב Sculptile, idolū, simulacrum, effigies, à fingendo siue faciendo. Oseę 4. Particeps idolorū Ephraim: & Psalmo 106. Quas sacrificauerunt sculptilibus Canaan.

✻ עָצַר Præposito mem cōsonante מַעֲצֵר significat instrumentū fabri ærarij. Isaię 44. Faber ferrarius lima operatus est: rabi Salomon scribit hic quod sit unum ex instrumentis exufflatorum seu officinę sufflatorię.

✻ עֶצֶת Spina dorsi. Leuitici 3. Et caudam totam cum renibus, hebraice sic, Et caudam totam proxime spina dempta.

✻ עָצֵל Piger, ocioſus. Prouerbiorum 6. Vade ad formicam piger, & eiusdem libri cap. 31. Et panem ociosa non comedit. עָצַם Valuit, roborauit, fortis fuit, pręualuit: Danielis 11. Et superabit in modico populo: & Genesis 6. Quoniam potentior nobis factus es ualde: & Psalmo 38. Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt. עֶצֶם Os ossis: Genesis 2. Hoc nunc os ex ossibus meis: & Psalmo 102. Adhęsit os meū carni meæ: & pluraliter declinatur tam in masc. quā in fœminino. Ezechielis 37. Et accessērūt ossa, os unumquodq; ad iūcturam suam. In masculino autem sic Ecclesiastis 11. Et qua ratione compingant ossa in uentre pregnātis, dictum forte à robore & fortitudine. עֶצֶם Substantia, corpus, species, Threnorum 4. Rubicundiores ebore antiquo: quod Hebræi legūt, rutilant corpore de auro. Rabi Salomon exponit quod rubescunt specie plus quam aurū secundū Lyram, uel plus quam gemmæ secūdum Dauid Kimhi: sed ebur nescio quare uerterunt, nisi quia os elephantis est, in logica uero arte dicitur substantia, quod scholastici pro primo prædicamento interpretati sunt. עֶצֶם Idem ipsemet, illeipse: Genesis 17. In ipsa die sicut pręceperat ei deus: & ibidem. Eadem die circumcisus est Abraham, & sic de omnibus rebus dicitur, ut de cœlo. Exodi 24. Et quasi cœlum cum serenum est,

quod hebraice sic legitur: & quasi idem illud ipsummet cœlum, id est, secundum aliquos sicut corpus & substantia ipsa cœli. עִצֵּם Clausit: Isaiæ 33. Et claudit oculos suos ne uideat malum: & eiusdē 29. Claude oculos uestros.

✻ עָצַר Constrinxit, clausit, astrinxit, coniurauit, ligauit, amouit, defecit, cessauit: Geneseos uicesimo. Concluserat enim dominus omnem uuluam domus Abimelech, & eiusdē decimosexto. Ecce concluſit me dominus ne parerē: & Deuteronomij undecimo. Iratusq; dominus claudat cœlum. Et in passiuo Numeri decimosexto, & plaga cessauit, id est, clausa est siue restricta. Inde nomen עֹצֶר Prouerbiorum tricesimo. Os uuluæ, uerius sic, clausura matricis, passiuum eius legitur etiam Numeri decimosexto, ubi nos habemus: postquam quieuit interius: ueritas hebraica legit, Et plaga claudebat, id est, amouebatur: & Deuteronomij tricesimosecundo. Et clausi quoq; defecerūt residuiq; consumpti sunt, quod Hebræi Germaniæ exponunt: Et finiuit sustentatio atq; robur, ponitur autem sic in textu וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב de quo rabi Ioseph pater literatissimorum Iudæorum Dauidis & Mosi Kimhi sic scripsit, qđ עָצוּר est diuitis substantia quæ domi claudi/tur, sed עָזוּב est substantia quam quis ruri possidet, ut sunt pecuaria & similia.

עָצַר Præfuit, dominatus est: primo Regum nono. Iste dominabitur populo meo. Inde nomen עֹצֶר quod scribitur tribus punctis. Iudicum decimooctauo. Magnarumq; opum, pro hereditantes regna siue dominia: non enim habebant regem electum illi de terra Lais. Scribūt autem doctores Hebræorum, quod illud nomen עֹצֶר significet regnum, imperium siue dominium. עֲצֶרֶת Cœtus & concursus populi in unum locum: Ioēlis primo. Vocate cœtum: & si qua sunt alia interpretamenta ut festiuitates quibus conuenit populus ad eligendum regem & cætera.

✻ עָקַב Supplantauit: Ieremiæ nono. Omnis frater supplantans supplantabit: & Geneseos uicesimoseptimo. Supplātauit me en altera uice. Inde עֲקֵבָה nomen adiectiuum: Oseæ sexto. Supplantata sanguine. Item nomen substantiuum עָקֵב calcaneus uestigium planta. Iob 18. Tenebitur planta illius laqueo: & Geneseos tertio. Tu insidiaberis calcaneo eius: & à calcaneo significat retrorsum: declinatur autem tam masculine quam fœminine: masculine ut Canticorum 1. Abi post uestigia gregum tuorū, fœminine ut Psalmo 77. Et uestigia tua non cognoscentur. Significat etiam calcē, terminū, finem & extremitatē transumptiue, eo quod planta sit ultimū corporis, & tunc scribitur quinq; punctis: ut Psalmo 119. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas inæternum propter retributionem: scribitur sic hebraice לְעוֹלָם עֵקֶב id est, ad secula calcem seu finem. Hęc dictio metaphorice etiam significat mercedē laboris eo quod sit finis laboris. Deuteronomij septimo. Si postquam audieris hæc iudicia: hebraice sic, & erit merces si audieritis iudicia hęc &c. hoc est finis, quod nostra translatio sępe retributionem interpretatur: Psalmo 19. In custodiendis illis retributio multa. Significat etiam propter uel propterea quod, quia iuxta philosophos propter finem omnia fiunt. Numeri 14. Seruum meum Caleb qui ple/

qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me inducam, quod in hebraica ueritate uerbū è uerbo ſic legitur: Et ſeruus meus Caleb propterea quod fuit ſpiritus alter cum eo implebit poſt me & inducam eum.

✻ עָסַר Vinciuit, ligauit: Geneſis 22. Cumq; alligaſſet Ishac filium ſuum: & ab eo nominatur locus ubi paſtores ſolent oues ligare iūctis anterioribus & poſterioribus pedibus, uel locus ubi tonduntur oues, ſcribitur q; tunc quinq; punctis, id eſt, per zere & ſægol עֶסֶר 4. Regum 10. Cumq; ueniſſet ad cameram paſtorū: Inde tales oues ligatæ ab hoc appellationem capiunt עֲסָרִים ut Geneſis 30. Maculoſa & uaria & diuerſo colore reſpſa.

✻ עֲסָה Pertica quæ præædificijs intignatur ne quid inde poſſit excidere: noſtra translatio putat ſignificari murum. Deuteronomij 22. Cum ędificaueris domum nouam facias murum tecti per circuitum ne effundatur ſanguis in domo tua & ſis reus labente alio & in præceps ruente.

✻ עָסַל Peruertit: cuius nomen uerbale paſſiuum eſt in uſu: Habacuk 1. Propterea egreditur iudicium peruerſum ſiue iniquum ſiue tortuoſum. עֲסַלְתּוֹן Tortuoſus, peruerſus, ſinuoſus anguis: Iſaię 27. Et ſuper Leuiathan ſerpentē tortuoſum. עֲסַלְסַלָּה Peruerſa, deuia, iniqua, tortuoſa. Iudicum 5. Per calles deuios.

✻ עָסַר Extirpauit, eradicauit, euulſit: Eccleſiaſtis 3. Tēpus plantandi & tempus euellēdi: & Sophoniæ 2. Et Accaron eradicabitur, ideo magiſtri Hebręorum uocant literas ſubſtātiales uocabulorum עָסַר ut rabi Moſes Kimhi in ſua grāmatica capitulo de literis, quaſi ſint nerui dictionum: ſic Ioſue 11. Equos eorum ſubneruauit. עֲקָרָה Impotens, ſterilis: Pſalmo 113. Qui habitare facit ſterilem in domo: ſic & de uiro maſculine dicitur: & putatur ita dictum quod eis ſit aliquid eradicatum, extirpatū ſeu euulſum, quo parere potuiſſent.

✻ עַקְרָב Scorpio. Num. 34. Per aſcēſum ſcorpioum: & Deuteron. 8. Scorpio ac dipſas.

✻ עָקַשׁ Peruerſus: Deuteronomij 32. Generatio peruerſa atq; praua. Sic 2. Regum 22. Et cum peruerſo peruerteris. Inde uerbum עָקַשׁ Micheæ 3. Et omnia recta peruertitis.

✻ עֲרִירִי Orbus, orbatus, qui nullos habet liberos. Geneſis 15. Ego uado abſque liberis: & pluraliter Leuitici 20. Abſq; liberis morientur: item paulo poſt Abſq; filijs erunt.

✻ עַרְעָר Species arboris naſcentis in locis deſertis, & putant eſſe iuniperū: & propter eius humilitatem atq; perplexitatem dicunt ſignificare captiuitatem Hebræorum, & huc aptant uerſiculum Pſalmi 102. Reſpexit in orationem humilium, alij uolunt hoc uocabulum ſignificare myricas: Ieremiæ 17. Erit enim quaſi myricæ in deſerto.

✻ עָרַב Fideiuſſit, fidem pollicitus eſt, uadem promiſit, cautionem præſtitit. Prouerbiorum 11. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo. Inde עֲרָבוֹן arra ſiue arrabon. Geneſis 38. Patiar quid uis ſi dederis mihi arrabonem: & infra, Quid tibi uis pro arrabone dari. עֶרֶב Veſpera. Geneſis 1. Et factum eſt ueſpere & mane dies unus: ſic tempus poſt crepuſculum ueſpertinum ſignificatur. Exodi 12. Multitudo filiorum Iſraēl ad ueſpe-

ram;uerius ſic, inter crepuſculū ueſperti num.Scribitur autem hic in numero plu rali,quia dicūt duas eſſe ueſperas, unam quando declinat ſol ad occaſum, aliam quādo iamiam occidit necdum tenebræ obducuntur: & ideo textus dicit inter ue ſperas,quaſi uellet dicere quod filij Iſraël deberent inter primam ueſperam & ſe cundam ueſperam imolare. Inde uerbū obtenebrauit,obfuſcauit.Iſaię 24.Deſer ta eſt omnis lætitia,id eſt,rectius,obtene brata & obfuſcata quaſi extincta eſt o mnis lætitia. Et nota quod hoc uocabu lum recipit nominum paſſiones & figu ras, nam præpoſita mem litera מַעֲרָב ſignificat partem mundi qua ſol occidit. Iſaię 45. Ab oriente adducam ſemen tu um & ab occidente congregabo te, & eiuſdem 59. & timebunt qui ab occidēte nomen domini:ſic facit iuncto ha in fine per paragogen. עֵרֶב Subtegmen, ſcilicet filum quod textores ſtamini ſub texunt:& ſcribitur quinq; punctis.Leui tici 13. Quę lepram habuerit in ſtamine atq; ſubtegmine. עֹרֵב Coruus. Le uitici 11.Et omne coruini generis : & plu raliter 3.Regum 17.Coruiſq; præcepi ut paſcant te,& ſequitur, coruiq; deferebāt ei panem. עָרוֹב Muſca uenenoſa ſe cundum noſtram translationem. Exodi 7. Et implebuntur omnes domus Ægy ptiorū muſcis diuerſi generis. Similiter paulo poſt:& uenit muſca grauiſſima:ra bi Salomon ordinarius enarrator ſacræ ſcripturę exponit ſic, אֶת הֶעָרוֹב omnis ſpeciei animalia nociua ut ſerpentes & ſcorpiones. עָרַב Iocundum, amœ num,dulce fuit,ſeu dulcuit, trāslatio no ſtra uertit placuit,& bene etiam acceptū fuit & congruit.Malachię 3. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem, id eſt,dulceſcet:ſic Pſalmo 104.Iocundū ſit ei eloquium meum &c. Inde עֵרֶב no men Canticorum 2. Quia uox tua dul cis.Item Pſalmo 119.Suſcipe ſeruū tuum in bonum, quamuis multi uarie transfe rant,tamen ſecundum proprietatem hu ius uocabuli ſic ſonat:dulceſcat ſeu con gruat ſeruus tuus in bonum;& inde cœ lum beatorum dicitur עֲרָבוֹת ſic Pſalmo 68. ubi nos legimus : qui aſcendit ſuper occaſum:& Hieronymus ſic,Aſcendēti per deſerta:ego expono iuxta Hebræos ſic: Qui uehitur in amœnis iocundiſq; beatorum cœlis. עָרַב Sub cautione cōmodato cepit,fideiuſſit. Geneſis 44. Qui in meam hunc recepi fidē: Prouer biorum 6.Si ſpopōderis pro amico tuo. Inde מַעֲרָבָה nominātur obſides homi nes qui loco pignoris dantur: 2.Paralip pomenon 25.Nec non & filios obſidum reduxit in Samariam, ſimiliter 4.Regū 14. Et obſides & reuerſus eſt in Samari am. Inde deriuatur uerbū Nehemię 5. Agros noſtros & uineas & domos no ſtras oppignoramus ut accipiamus fru mētum in fame:ecce ſignificat pignora re:& quia negociato:um eſt multa impi gnorare & hypothecare,ideo ſignifican tur eo uocabulo negociatores, inſtito res,& mercatores,& nundinatores עֹרְבִים Ezechiel. 27. Naues Tharſis principes tui in negociatione tua:& pau lo ſuperius מַעֲרַב Reſina propoſuerūt in nūdinis tuis, & ſic recipit in principio mem. עֲרָבָה Deſertū,uaſtitas. Iob 24.Vigilantesq; ad prędā pręparant, pa nem liberis:Hebręi legunt, Scrutātes ad rapinā deſertū ad eſcam iuuenibus:Iſaiæ 35.Exultabit ſolitudo;& plural. Num.35.

In cam

In campestribus Moab, id est, in desertis. Sepe etiam deponitur he in fine עֲרָב ut Sophonię 3. Iudices eius lupi uespere, qđ magistri Hebræorum dicunt lupi deserti: sic Habacuk 1. Velociores lupis uespertinis: melius lupis deserti, quamuis Septuaginta trāstulerint lupis Arabię. עֲרָב Arabia regio. Ezechielis 27. Arabia & uniuersi principes Cedar: Isaię 21. Onus in Arabia: sic dicta quia prope desertum est. עֵרֶב Diuersorum populorum commixtio, quod trāslatio nostra uocat uulgus promiscuum: Exodi 12. Sed & uulgus promiscuum innumerabile ascēdit cum eis, & scribitur punctis sex. עֲרָבָה Salix. Leuitici 23. Et salices de torrēte, & Isaię quadragesimoquarto. Quasi salices iuxta fluentes aquas.

✻ עָרַג Clamauit, ut est proprium cerui: translatio nostra desiderare uertit: Psalmo 42. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. עֲרוּגָה Linea plantationum: translatio nostra areolam uertit. Canticorum quinto. Genæ illius sicut areolæ aromatum: & pluraliter Ezechielis decimoseptimo. Vt irrigaret eam de areolis germinis sui.

✻ עָרוֹד Onager, id est, onos agrios, hoc est, asinus syluestris. Iob tricesimo nono. Et uincula onagri quis soluit, est autem animal medium inter mulum & asinum.

✻ עָרָה Discooperuit, & nudauit, secundum nostram translationem. Isaiæ 22. Et parietem nudauit clypeus: Hebręorum aliqui dicunt parieti adhæret clypeus: alij dicunt quod קִיר sit nomen ciuitatis regis Assyriorum: ut Isaię decimo quinto, Et incolę eius scutati discooperuerunt clypeos suos: ita tradidit rabi Dauid Kimhi in commētarijs super Isaiam. Item Leuitici uicesimo, Ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui. Et quod legitur à nobis Habacuk tertio, Suscitans suscitabis arcum tuum, magistri ascribunt huic uerbo exponentes sic, Denudatione denudabis arcum tuum. עָרַת Effudit, exinaniuit, euacuauit. Isaiæ quinquagesimotertio. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, id est, effudit: sic Genesis uicesimoquarto. Effundēsq; hydriam in canalibus: ad hoc intelligunt uersiculum Threnorum quarto. Inebriaberis atq; nudaberis, quoq; legūt euacuaberis, sic enim mos est uinolentorū ut euacuentur effundētes ex se uina: & Psalmo 137. Qui dicunt exinanite exinanite usq; ad fundamētum in ea. Inde עֶרְוָה quod nostra translatio uertit turpitudinē à nuditate scilicet secretarum partium hominis: ut Leuitici 18. ferme per totum: & sic significat turpitudinem, abominationē, & detestationē cuiuscunq; rei. עָרָה adiunctum est, adhęsit. Isaię 22. Et parietem nudauit clypeus: pro quo Hebræi, & parieti adhæsit clypeus, inde dictum est, עֲרוּגָה Herbæ atq; gramina quę minutis radicibus solo adhærent: unde & radicare & radicitus hærere dicitur: translatio nostra de superiore uocabulo interpretatur. Isaiæ decimonono. Nudabitur alueus riui à fonte suo, Hebræi sic, Graminetum super flumen super ore, id est, super ripa fluminis & omnis sementis fluminis arescet proijcietur q́ue, sic Psalm. tricesimoseptimo, ubi nostra trāslatio legit, uidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros libani, Hieronymus sicut indigena uirens: alij sicut

cinis floridus, hoc eſt, diues & potẽs, ſed hebraica ueritas ita uertit: Vidi malignũ potentem radicatum ſicut laurũ uiridẽ.

✻ עָרַךְ Poſuit, diſpoſuit, ordinauit, prę parauit: Leuitici 6. Et impoſito holocauſto deſuper: hebraica ueritas & Onkelus Chaldæus ſic legunt. Ordinabitq; ſuper eam holocauſtum. Leuitici 24. Ponetq; eos Aaron à ueſpere uſq; in mane: & Pſalmo 5. ubi noſtra translatio uertit, mane aſtabo tibi, rectius Hieronymus in ſuo Pſalterio de hebraica ueritate ſic transfert: Mane prę parabor ad te: ſed hebræorum magiſtri melius exponunt ita: mane ordinabo ad te ſupple orationem meam, eſt enim uerbum actiuum & non paſſiuum: ſed hic eſt paſſiuum, Ioëlis 2. Sicut populus fortis præparatus ad prælium. Item Exodi 40. Ordinatis coram propoſitionis panibus. Item in eodem: pones ſuper eam quę rite prę cepta ſunt, uerbum è uerbo ſic: & ordinabis ordinationem eius. Inde nomen loci ubi bellatur uel acies מַעֲרָכוֹת 1. Regum 4. Ego ſum qui ueni de prę lio & ego qui de acie fugi hodie. עָרַךְ Æſtimauit, comparauit, coæquauit, æquauit. Iob 28. Non adę quabitur ei aurum uel uitrũ: & Pſalmo 89. Quoniam quis in nubibus æquabitur domino. Hinc עֵרֶךְ æſtimatio Leuitici uiceſimoſeptimo.

✻ עָרַל Prę putiauit. Leuitici 19. Auferetis prę putia eorũ: hebraice ſic, Prę putiabitis prę putia eius fructus illius: & ſequitur, Tribus annis erunt prę putiati ne comedatur. Inde nomẽ עָרְלָה prę putium. Geneſis 34. Nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: uerbum è uerbo ſic, Non poterimus facere rem hanc dando ſororem noſtram uiro cui eſt præputium: & Geneſis 17. Maſculus cuius præputiĳ caro circumciſa non fuerit: dicitur autẽ de omni homine qui duro corde & incompoſitis aut ineptis labĳs atq; auribus extat quod ſit incircumciſus prę putiatus. Exodi 6. Cum incircũciſus ſim labĳs: & Ieremiæ 6. Ecce incircumciſę aures eorum & audire non poſſunt: & Ezechielis 44. Incircumciſos corde & incircumciſos carne, & ſic ſignificat obturamen.

✻ עָרוּם Aſtutus, callidus. Prouerbiorum 27. Aſtutus uidens mala abſcondi tus eſt. Inde uerbum aſtutus fuit uel callu it. Prouerbiorum 15. Qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet, & nomen adiectiuum Geneſis 3. Serpens erat callidior. Inde nomen ſubſtantiuum עָרְמָה aſtutia. Prouerbiorum 1. Vt detur paruulis aſtutia: & eiuſdem 14. Et expectabunt aſtuti ſcientiam.

✻ עָרֹם Nudus. Ezechielis 18. Et nudum operuit ueſtimento: ſcribiturq; illic per iod poſt ain. Item eiuſdẽ 23. Et dimittent te nudam & ignominia plenam ſine iod, ſic Geneſis 3. Eo quod nudus eſſem: & pluraliter Iob 22. Et nudos ſpoliaſti ueſtibus: & dicit Maſſora, hoc eſt, ſcholion quod ſuperius uocabulũ raphatur & præſens recipit dages.

Munſt. Cum media ſit res, non poteſt recipere dages, ideo torquet in præcedentem uocem, id quod patet ex plurali quod non mutat zere.

עָרְמָה Aceruus, cumulus: Ruth 3. Iſſetq; ad dormiendum iuxta aceruũ manipulorum: & Canticorum 7. Venter tuus aceruus tritici: & pluraliter in fœmino: 2. Paralippomenon 31. Fecerunt aceruos plurimos, quamuis in maſculino

quoq

quoq; apud Ieremiã reperiatur. Inde uerbum deriuatur passiuum: Exodi 15. Et in spiritu furoris tui congregatę sunt aquę.

עַרְמוֹן Arbor castaneę, pro quo trãslatio nostra uertit platanum. Geneseos 30. Virgas populeas uirides et amygdalinas & ex platanis: sed rabi Salomon in glossa ordinaria & rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus primam expositionem amplexantur, quos cæteri merito cõsequuntur. Septuaginta abietem interpretati sunt: Ezechielis 31. Et platani non fuerũt ęquę frondibus illius.

✻ עֲרִיס Pasta, id est, farina sic subacta, ut sit iam parata ad coquendum cibum: translatio nostra pulmentum interpretatur: Numeri 15. Sicut de areis primitias separabitis ita de pulmentis dabitis primitias domino, sed primam expositionem Nicolaus de Lyra sequitur.

✻ עֹרֶף Ceruix: Geneseos 49. Manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum: & Exodi 32. Cerno quod populus iste dræ ceruicis sit. Inde oritur uerbum עָרַף Exodi 13. Quod si non redemeris interficias, ubi ponitur hebraice deceruicabis eum: translatio nostra latinius interpretatur: Isaię 66. Quasi qui excerebret canẽ. Inde cõmuniter confringere significat: Oseę 10. Ipse confringet aras eorum.

✻ עֲרָפֶל Caligo seu tenebrositas. Deuteronomij quarto. Tenebræ & nubes & caligo.

✻ עָרַף Influxit, guttauit, stillauit, fluxit: rabi Salomon secundũ, quãuis nostra translatio uerterit cõcreuit. Deuteronomij tricesimo secũdo. Cõcrescat ut pluuia doctrina mea: sic eiusdem tricesimo tertio. Cœli & caligabunt rore, uerius sic uerbum è uerbo. Deniq; cœli ipsius stillabunt rorem: & Isaiæ sexto. Et lux obtenebrata est in caligine suo: rectius influentijs eius, & loquitur de sole.

✻ עָרַץ Fractus animo & consternatus & territus est, horruit, pauit, tremuit: Deuteronomij septimo. Non timebis eos, rectius sic, Ne frangaris à uultu eorum: sic Deuteronomij uicesimo. Nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos: & Iosue primo. Nolite metuere & noli timere. Inde עֲרִיץ fractura: Iob 30. In desertis habitant torrentium, id est, in fractis tophis & fissis petris torrentium: quia uero formidantur ij qui fortiores sunt, iccirco significat hoc uocabulũ forte, robustum, potens: Ieremiæ 20. Tanquam bellator fortis: & pluraliter Psalmo 54. Et fortes quęsierunt animam meam. Inde nomen uerbale passiuũ בַּעֲרָץ robustus uel metuendus: ut Psalmo 89. Deus qui glorificabit in consilio sanctorũ, sed rectius Hieron. in suo de hebraica ueritate Psalterio sic: Deus robustus in arcano sanctorum nimio: est autem sensus, Deus tremendus & metuẽdus est in maximimis sacramentis sanctorum. Aliud nomen מַעֲרִיץ fortitudo uel terror: Isaię 8. Ipse pauor uester & ipse terror uester, id est, ipse formidabit atq; timebit à uobis: et hoc est sanctificare deũ.

✻ עָרַץ Fugit, sic Onkelus chaldaice trãsfert loco uerbi גּוּס ut Geneseos 14. Itaq; rex Sodomorũ & rex Gomorrę terga uerterũt, id est, fugerũt, & qui remãserunt fugerũt ad montem: ubi Chaldęus utrobiq; posuit præsens uerbum. Cum igitur plurimus in Iob Syriacus sit sermo, teste Hieronymo in illius prologo, quam nos appellamus chaldaicã linguã, decebit locos ipsius Iob in dubio magis

secundum

ſecundum linguam Chaldaicā quam ad meram uolūtatem noſtram transferre: tu uero audiuiſti ſupra, quod ubi Hebræus utit uerbo fugere uel fugare, ibi Chaldęus pro eo poſuit præſens uerbum. Debemus igitur locos binos Iob 30. ad hūc intellectum interpretari, non quod rodere uel comedere ſignificetur, ſed potius fugere & fugare. Legimus autem ſic Iob 30. Qui rodebant in ſolitudine: & infra, Et qui me comedunt non dormiūt: pro quo rabi Salomon exponit, Qui fugati erant in ſolitudine, hoc eſt, in tenebris: & infra exponit ſic, Et perſecutores mei & fugantes me.

✻ עֶרֶשׂ Lectus, grabbatum. Deuteronomij 3. Et monſtratur lectus eius ferreus: & Pſalmo 41. Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius: & Canticorum 1. Lectulus noſter floridus: & quandoq; mutatur ſchin in ſamech: Pſalmo 6. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

✻ עָשׁ & עָשַׁשׁ Tinea, uermis, per apocopen ultimę literæ. Iſaiæ 50. Tinea comedet eos. Inde oritur uerbum עָשַׁשׁ Pſalmo 6. Turbatus eſt à furore oculus meus, corroſus & obfuſcatus: quaſi uitro laternę obductus. Similiter Pſalmo 31. Conturbatus eſt in ira oculus meus anima mea & uenter meus. Hieronymus tranſtulit ubiq; caligauit, ſed quid de oſſibus? cum ſequitur & oſſa mea conturbata ſunt, ubi ponitur idem uerbum.

✻ עֵשֶׂב Herba. Geneſis 1. Germinet terra herbam uirentem & afferētem ſemen iuxta genus ſuum: & eiuſdem 3. Et comedes herbam terræ: & ſcribitur quinq; punctis & etiam declinatur in fœmenino genere: ut Prouerbiorum 27. Et collecta ſunt fœna de montibus, id eſt, herba montium: & ſchin litera pronunciatur per dages propter euphoniam.

✻ עָשָׂה Apparauit, fecit, adaptauit: Threnorum 2. Fecit dominus quę cogitauit. Inde uerbum paſſiuum. Eccleſiaſtis primo, de omnibus quæ fiunt ſub ſole: debuit uertere, quę facta ſunt ſub ſole. Et paulo ſuperius, quid eſt quod factum eſt ipſum quod faciendū eſt: & Deuteronomij 21. Et circumcidet ungues, uerius ſic, Et adaptabit ungues. Rabi Akiba ſubaudit ut faciat eas creſcere, ſed rabi Eliezer ſupplet quod deponat eas: & 1. Regū 12. Dominus qui fecit Moſen & Aaron, id eſt, ſublimauit & adaptauit.

✻ עָשַׁן Fumauit. Exodi 19. Totus autem mons Sinai fumabat: & Pſalmo 144. Tange montes & fumigabūt, inde nomen עָשָׁן fumus. Exodi 19. Et aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: ſic uerbum è uerbo: & aſcendit fumus eius ſicut fumus fornacis. Et aliter nomen adiectiuum. Iſaię 7. A duabus caudis titionum fumigantium. Quia uero fumus repręſentat ignem & ignis iram, iccirco tranſumitur etiam pro ira: ut Pſalmo 80. Quouſq; iraſceris ſuper orationem populi tui: ſic Pſalmo 74. Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę: & 2. Regū 22. Aſcendit fumus de naribus eius, id eſt, ira in furore ſuo.

✻ עָשַׁק Vim fecit, concuſſit, calumniatus ſeu iniuriatus eſt, uiolentauit: 1. Regum 12. Si quenquā calumniatus ſum: & infra. Non es calumniatus nos: & Leuitici 6. Aut calumniā fecerit, item reddet omnia qnæ per fraudem uoluit obtinere: & tranſumptiue ſignificat rapere, ingurgitare, abſorbere. Iob 40. Ecce abſorbebit fluuium. Inde nomen עֹשֶׁק

Ecclesiastis 7. Calumnia conturbat sapientem. Item eiusdem 4. nomen uerbale passiuum. Et lachrymas innocentiũ, pro, iniuriatorum, id est, eorum quibus facta est uis & iniuria: & sequitur, nescio quæ rhetorica periphrasis scilicet sic, nec posse resistere eorum uiolentiæ cunctorum auxilio destitutos, pro quo hebraica ueritas sic legit, Ecce lachrymas iniuriam passorum & non est eis consolator, & de manu iniuriarum suarum uiolentia & non est eis consolator.

* עֶשֶׁק Lis, iurgium, & scribit quinque punctis: Genesis 26. quãobrem nomen putei ex eo quod acciderat uocauit calumniam, rectius secundum Hebræos uocauit iurgium: *sic etiam* rabi Salomõ exponit. Inde oritur uerbum iurgari litigare: quod etiam in præfato loco ponitur & tamen non transfertur.

* עָשַׁר Ditatus seu diues est, locupletatus est: Oseæ 12. Diues effectus sum: & Iob 15. Non ditabitur & non perseuerabit substantia eius. Inuenitur etiam in alia forma intransitiue Psalmo 49. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Inuenitur etiam trãsitiuum: ut 1. Regum 17. Virum qui percusserit eum ditabit rex diuitijs magnis. Inde nomen עָשִׁיר diues: Isaię 53. Et diuitem pro morte sua: & pluraliter Ecclesiastis 10. Et diuites sedere deorsum.

* עָשַׂר Decimauit: 1. Regum 8. Et uinearum redditus addecimabit: & Genesis 28. Cunctorũ quę dederis mihi decimas offeram tibi. Inde nomen מַעֲשֵׂר decima uel decimatio. Malachię 3. Inferte omnẽ decimã: & Num. 18. Decimas quas dedi uobis: ubi ponitur hebraice in singulari numero: & pluraliter declinat in forma fœminina: ut in eodẽ loco ubi iterum inculcauit translator omnia, sed hebraice ita uerbũ è uerbo legitur. Sic offeretis etiam uos primitias domini de omnibus decimis uestris quas accepistis à filijs Israël, dabitisq; de eo primitias dñi ipsi Aarõ sacerdoti: cętera uide supra in uolumine de nominibus numeralibus.

עָשׂוֹר Instrumentũ musicum à decem nominatum, quod nos decachordum uocamus: Psalmo 92. In decachordo Psalterio: & Psalmo 144. In Psalterio decachordo psallam tibi.

* עָשֵׁת Purum, candidum, mundum, purgatũ: Canticor. 5. Venter eius eburneus: hebraice sic, Venter eius purũ seu candidũ ebur, quasi diceret, sicut candor eboris. Inde uerbum nominaq; uerbalia. Ezechielis 27. In nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum, rectius ferrum purgatum, quod nos dicimus chalybeum. Vnde uersiculum Iob 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum, sic intelligit rabi Dauid Kimhi quod Iob de seipso dicat quod sit teda contempta, quę antequam fuerit ad puritatem restituta tunc paratus sit ad nutationem pedis: & placet ualde hic intellectus, quia uerborum proprietati est propior & bona comparatio, sicut si quis noctu per plateas ambulat cum lucerna quæ incipit exiccari ac tenebrescere, ambulans uult eam emungere atq; purificare, & inter emundandum iam offendens ad lapidẽ pedes cadit: sic igitur uerbum è uerbo legitur. Teda neglecta ad purificationem statuta parata ad nutationem pedis. עָשַׁת Recogitauit: Ionæ primo. Si forte recogitet deus de nobis. Inde nomẽ עֶשְׁתֹּנֶת cogita-

cogitatio: Psalmo 146. Peribunt omnes cogitatiões eorum, scribitur q̃ prima per sægol. עַשְׁתֵּי Ponitur pro uno uel una quando iungitur alijs nominibus numeralibus, sicut supra in lib. primo inuenies Zacharię 1. undecimi mensis Sabat. Exodi 26. Saga cilicina undecim.

* עַשְׁתְּרוֹת Oues fœmellę. Deuteronomij 7. Gregibus ouium tuarum. Et Iudicum 2. capitur pro talibus figuris.

* עֵת Tempus. Genesis 29. Nec est tempus ut reducantur ad caulas greges: & pluraliter in masculino: Iob 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora, & in fœminino: ut Psalmo 31. Et in manu tua sunt tempora mea, quod nos legimus sortes meæ: & Psal. 10. ubi nos legimus, In oportunitatibus in tribulatione, hebraica ueritas teste Hieronymo habet sic, In temporibus angustiæ.

* עַתָּה Iam, nunc, uolunt esse deriuatum à superiore uocabulo temporis: nihil enim habemus de tempore nisi pręsens nunc: Psalmo 113. Ex hoc nũc & usq̃ in seculum, id est, à tempore ad æternitatem.

* עָתִיד Imminens, futurus: Iob 15. Sicut regem qui pręparatur ad pręlium, id est, rex affuturus prælio pro incendio: & Esther 8. Paratos esse Iudæos ad capiendam uindictam: uerius sic, Esse Iudęos futuros ad diem illum uindicare &c. sic Iob 3. Qui parati sunt suscitare Leuiathan. עַתּוּדִים Hirci: Psalmo 50. Neq̃ de gregibus tuis hircos: sunt autẽ magni hirci caprarum ascensores sic nominati, nam parui uocantur שְׂעִירִים ut Leuitici 4. Hircum de capris immaculatum. Significat autem quandoq̃ trãsumptiue maiores in populo, qui præcedunt sicut hircus gregem.

* עָתַם Obscurauit, passiuum eius est in usu: Isaiæ 9. In ira domini exercituũ cõturbata est terra, sed rabi Dauid Kimhi interpretatur obscurata est terra.

* עָתַק Veterauit, antiquus fuit. Iob 21. Quare impij uiuunt, subleuati sunt confortatiq̃ diuitijs, pro subleuati sunt rectius Hebræi loquuntur, inueterauerunt seu fiunt ueteres atq̃ senescunt: & simul atq̃ sunt longæui roborantur etiam diuitijs, hoc est, augentur & fortificãtur. Sic 1. Paralippomenon 4. Hæc autem uerba uetera: & 1. Regum 2. Recedant uetera de ore uestro: & Psalmo 31. Quæ loquũtur aduersus iustum iniquitatem: pro quo Hieronymus sic, Quę loquũtur contra iustum dura, id est, durabilia & inueterata: & rabi Salomon exponit illa antiqua quę antea locuti erãt ad Saul super Dauid, scilicet quod quęreret ei malum, quod tamen non fuit uerum: ut 1. Regũ 24. Exponit autem secundo etiam aliter idem Salomon iuxta secundam significationẽ, quę infra patebit. Item Psalmo 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.

עָתַק Transtulit: Iob 14. Et saxum transfertur de loco suo, id est, recedit, euellitur: & eiusdem 9. Qui transtulit mõtes & nescierunt: & Genesis 12. Et inde transgrediens ad mõtem: glossa rabi Salomonis dicit, Et transtulit inde tabernaculum suum ad montem. Inde qui uertit unam linguam in aliam, uel qui scribit unum librum ex alio hoc uocabulo nominatur & dicitur הֶעֱתִיק transferre. Pro uerbiorum 15. Hæ quoq̃ parabolę Salomonis quas transtulerunt uiri Ezechiæ.

* עָתַר Orauit, rogauit, deprecatus est, Iob 33. Deprecabitur deum & placabilis

cabilis ei erit, & ſæpe ponitur Exodi 8. Orate dominum ut auferat ranas. Item infra. Quando deprecer pro te. Item ibidē. Rogate pro me. Item egreſſus à te orabo dominum: & Sophoniæ 3. Inde עֲתָרַי ſupplices mei. עָתַר Derogauit, importune adorſus eſt, ſuperbiuit: Ezechielis triceſimoquinto. Et derogaſtis aduerſum me uerba ueſtra, id eſt, ſuperbe locuti eſtis aduerſum me uerbis ueſtris.

אלהים חי רגורא

פְּאָה Finis, terminus, latus, particula angularis. Exodi 26. Quarum 20. erunt in latere meridiano: & infra. In latere quoq; ſecundo quod uergit ad aquilonē: & pluraliter eiuſdē 25. Et pones eos in quatuor angulis. Inde orit uerbum הִתְפָּאֵר quod ſignificat ſecundū præceptorē meum Iacobū Iehiel diſpergere per angulos orbis, Deuteron. 32. Et dixi ubi nam ſunt: quod pro linguæ proprietate legi deberet ſic, Dixi diſpergā eos per angulos ſeu latera orbis. Secundū primā ſignificationē intelligunt uerſiculū illum Leuitici 19. Neq; in rotundum tondebitis comam, id eſt, fines uel angulos capitis ueſtri: ſic eodem in loco. Nec radetis barbam, rectius ſic: Neq; perimas finem barbæ tuæ, & ſic ſignificat cincinnos capitis ſeu barbæ.

פְּאֵר Gloria, καὶ μεγαλόπρεπεια Iſaiæ 61. Et darem eis coronā pro cinere, pro quo rectius Septuaginta interpretes uerterunt gloriam pro cinere. Inuenitur in fine per duplex r. Nahum 2. Inde uerbū הִתְפָּאֵר gloriari, ut Exodi 8. Conſtitue mihi quando deprecer pro te: pro quo rabi Salomon exponit gloriare cōtra me, hoc eſt, habeas tu illam gloriā ut eligas tibi tempus, quam gloriam ego deberē habere ſcilicet ut mea eſſet electio: ſic recte Iudicum 7. Ne glorietur contra me Iſraël: ſimiliter Iſaiæ 10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea. Inde ſub alia forma nomen תִּפְאֶרֶת gloria: Pſalmo 89. Quoniam gloria uirtutis eorum tu es, id eſt, μεγαλόπρεπεια & ſic eſt unum de decem numeratiōibus in cabala. Item inuenitur ſignificare ramum.

פַּג Ficus immatura, & dicit groſſus. Canticorum ſecundo. Ficus protulit groſſos ſuos.

פִּגּוּל Prophanum, execrabile, abominabile: ſic enim rabi Salomon exponit Leuitici 19. Prophanus erit & impietatis reus, id eſt, execrabilis, abominabilis & prophanatus. Sic Ezechielis 4. Et non eſt ingreſſa in os meum omnis caro immūda, id eſt, execrata & prophanata.

פָּגַע Occurrit, obuiauit, precatus eſt, orauit, interceſſit: Geneſis 32. Fuerunt q; ei obuiam angeli dei: & Geneſis 25. Intercedite pro me apud Ephron, & Ioſue 2. Ne forte occurrant uobis reuertentes. Amos quinto, & occurrat ei rurſus. Et ſignificat contingere. Exodi quinto. Ne forte accidat nobis peſtis aut gladius, id eſt, contingat ſeu apprehendat nos &c. & pro eo quo legitur Iſaiæ quadrageſimoſeptimo. Non reſiſtet mihi homo, Hebræi legunt, non orabo hominem.

פֶּגֶר Cadauer, quod deſcribit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus corpus ſine ſpiritu: ſic Amos 8. Multi morientur, rectius ſic, Plurimum cadauer ſupple erit: & pluraliter Iſaiæ 66. Et uidebunt cadauera uirorum. Inde ſignificat

ruinam & interitum mortuorum. Nahum tertio. Et grauis ruinæ: significat etiam tardare.

* פָּגַשׁ Occurrit, alij dicunt, apprehendit: Exodi 4. Occurrit ei dominus & uolebat occidere eum: quod quidam Hebræorum legunt, apprehendit eum dominus, sed primum uerius. Sic Genesis 33. Quæ nam sunt istę turmę quas obuiam habui?

* פָּרָה Liberauit, eruit, redemit, soluit, absoluit: Psalmo 55. Redimet in pace animam meam: & Psalmo 130. Et ipse redimet Israël. Inde nomen פְּרוּת redemptio: Psalmo 111. Redemptionem misit dominus populo suo: & in alia forma פ פִּרְיוֹן Psalmo 49. Et precium redemptionis animæ suæ: & iccirco quandoq; sic dicitur, precium solutionis & liberationis. In alia forma פִּרְיוֹם Numeri 3. In precio autem ducentorum.

* פָּרָן Campus & planicies in lingua Ismaëlitarum seu Saracenorum: & dicitur à nostris Mesopotamia, quæ gręce secũdum Strabonem dicitur Cœlosyria, ut supra diximus in uocabulo aram. Est autem campestris locus inter duo flumina tigrim & euphratem, unde Mesopotamia gręce nominat. Genesis 28. uade & ꝓficiscere in Mesopotamiã Syriæ: nam duę sunt Syrię, una cãpestris quę dicit Mesopotamia, & uocat hebraice sic פָּרָן אֲרָם ut supra Gen. 28. Et altera mõtana quę dicit Syrophœnicia, sed hebraice uocatur אֲרָם צוֹבָה 2. Regũ 10. cõduxerunt mercede Syrũ Rehob & Syrum Zoba: à primo deriuari quidam putant locum quendam prope Emaum ciuitatẽ dictum אַפַּרְנוֹ cata protesin literę aleph. Danielis undecimo. Et figet tabernaculum suum Apedno, id est, secũdum Hieronymum apud Nicopolim: sed cõmuniter in lingua Iudęorum significat palatium seu domum regiam siue dominicam, quam sæpe templum nominauit antiquitas. Nam prisci Hebræorum magistri palatium uocauerunt אַפַּרְנָא unde rabi Gerson in commentarijs super Danielem in uerbo allegatæ autoritatis super montem inclytum dicit, quod ibi fuerit ædificata domus sanctuarij, id est, templum: quapropter sensus erit quod Antichristus inter duo maria figet tabernacula sua pro templis in quibus adoret.

* פָּרַע Liberauit, absoluit. Iob tricesimotertio. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Rabi Salomon scribit quod litera ain hic stet pro aleph, qd posset pro he commutari, quapropter idem significabit quod פָּרָה de quo superius locuti sumus. Caue autem quoniam non est simile illi quod legitur Prouerbiorum quarto. Fuge ab ea nec transeas per illam, istic enim ea dictio per res scribitur & non per daleth, quamuis errore impressorum in aliquibus libris per daleth scriptum inueniatur.

* פֶּרֶר Truncus mutilus. Leuitici primo. Caput & cuncta quæ adhærent, hebraice sic, Caput & truncum super ligna.

* פֶּה Os oris: Exodi 4. Quis fecit os homini: & transumptiue dicimus uno ore laudabant filium, id est, omniũ cõsensu laudabat filius. Et nota quod quando per cõtinuitatẽ cõstructiõis regit casum, tũc he mutat in iod, ut Iosue 9. Et os dñi non interrogauerũt. Vnde manifestũ est qd in allegato Exodi uersiculo nõ debet scribi hominis ut regatur à nomine os, sed ho-

sed homini in datiuo ut regatur à uerbo fecit. Similiter legitur per iod sine he פִּי quando iod primam personam significat quod patet supra in arte grāmatica: ut Psalmo 49. Os meum loquetur sapientias, & quandoq; mutatur he in aleph.

פֹּה Hic, in hoc loco, Isaię 22. Quid tibi hic aut quis tibi hic.

✻ פּוּג Hæsitauit, uacillauit: Habacuk 1. Propter hoc lacerata est lex: rectius sic, Hęret seu uacillat lex: quā dictionē translatio nostra circumloquitur ambagibus non multum aptis: Geneseos 45. Iacob quasi de graui somno euigilās tamē non credebat eis: quod recte uerbum è uerbo sic legi deberet: & uacillauit seu hęsitauit cor eius quoniā non credebat eis.

✻ פּוּחַ & הֶפִיחַ Afflauit, aspirauit: Canticorum 2. Donec aspiret dies & eiusdem libri capitulo quarto. Perfla hortum meum. Eo nomine פִּיחַ uocantur fauillæ suffumigiorum fornacis fabri ęrarij, ut Exodi nono. Tollite plenas manus cineris de camino. Inde aliud uerbum: Psalmo duodecimo. Fiducialiter agam in eo, quod hebraice legit, spirabit in eo: non à spe sed à flatu ac spiritu.

✻ פַּח Laqueus: Psalmo 124. De laqueo uenantium laqueus cōtritus est: & pluraliter Psalmo 11, Pluet super peccatores laqueos: sed mihi uidetur conuenientius exponi debere de carbonibus, eo qd sequitur ignis & sulphur &c. nam פֶּחָם significat carbonem: ut Isaiæ quinquagesimoquarto. Fabrum sufflantem in igne prunas seu carbones, & ideo hanc dictionem huc locaui. פַּח Æs percussum in modum bractearum, quas translatio nostra laminas appellat: Numeri decimosexto. Producatq; ea in laminas; & Exodi 39. Inciditq; bracteas aureas.

✻ פּוּט Libya secundum Hieronymum in libro hebraicarum quęstionum: Ieremiæ 46. Fortes Æthiopię & Lybię.

✻ פּוּךְ Fucus quo muliers ornant oculos, quod trāslatio nostra stibium appellat, forsitan compositum ex herba stibe quam Dioscorides in libro de sylua medicinali tertio scripsit oculis auferre rubedinem: 4. Regum 9. Depinxit oculos suos stibio: & Ieremiæ quarto. Et pinxeris stibio oculos tuos: quandoq; transferunt gemmam & aiunt esse carbunculum, Isaię 54.

✻ פּוֹל Faba: Ezechielis 4. Et fabam & lentem.

✻ פּוֹן Attonitus fuit, hæsitauit, dubitauit: Psalmo 88. Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus, quod Hieronymus sic, Portaui furorem tuum & conturbatus sum: rectius sic, Tuli terrorē tuū & attonitus hęsito seu dubito. Inde particula פֶּן ne forte. Isaię 27. Ne forte uisitetur contra eam, & est particula dubitatiua.

✻ פּוּץ Dissipauit, dispersit, diuisit: Geneseos 11. Antequā diuidamur in uniuersas terras: & Zachariæ 13. Et dispergētur oues gregis, & quādoq; geminat zade: ut פִּרְצִץ Habacuk 3. Et contriti sunt mōtes seculi, id est, diuisi sunt: & assumit alias quoq; passiones.

✻ פִּישָׁה Offensio & singultus cordis: 1. Regū 25. Non erit tibi hoc in singultū. Inde פִּישׁ nutatio & membrorū dissolutio. Nahū 2. Et dissolutio geniculorum.

פּוֹק Traduxit, eduxit, hausit: Prouerbiorū 18. Et hauriet iocunditatē à domino, id est, traducet uoluntatē à deo.

✻ פּוֹר Cecidit: Inde uerbum transiti

uum quod eſt הֵפִיר cadere fecit,irritum fecit,diſſoluit,diſſipauit: Pſalmo 35. Dñs diſſipat cōſilia gentiū,uel ſecundū Hieronymū diſſoluit conſilia. Gen. 17. Quia pactum meum irritū fecit: & in alia forma geminata res litera inuenit פֵּרֵר Pſal. 74. quod nos legimus. Tu cōfirmaſti in uirtute tua mare,id rectius uertit Hieronymus. Tu diſſipaſti. Inuenitur quoq; duplicare ſeipſam dictionem פֵּרְפַּר Iob 16. Ego ille quondā opulentus repente cōtritus ſum,rectius de uerbo ad uerbum ſic. Opulentus fui & fregit ſeu diſſipauit me ſiue oppreſſit me. Nam ab opprimendo פּוּרָה ſignificat torcular. Iſaię 63. Torcular calcaui ſolus. פּוּר Sors: Eſther 3. Miſſa eſt ſors in urnā,quæ quidē ſors dicebatur pur nō urna: quod poſtea textus aperte dicit: Et miſit phur, quod noſtra lingua uertitur in ſortē: & ſequit, Exillo tempore dies iſti appellati ſunt פּוּרִים id eſt,ſortium,eo quod pur,id eſt,ſors in urna miſſa fuerit.

✻ פָּרַשׁ Increuit,abundauit,diffuſum eſt: Habac. 1. Et diffundētur equites eius, & Malachię 4. pro eo quod trāslatio noſtra tenet, Et ſalietis ſicut uitulus de armēto, Hebręi rectius legunt ſic: Et creſcetis ſicut uituli ad præſepe, & putant ab hoc uerbo nominatū eſſe maximū fluuiorū פִּישׁוֹן phiſon, qui Hieronymo teſte in libro quæſtionū hebraicarū Ganges putatur, propter eius incrementū & exundantiam. In eum enim ut Plinius notat naturalis hiſtoriæ libro 5. fluere dicuntur undeuiginti amnes, ſed rabi Salomon ſcribit quod ſit Nilus: ſæpius enim inundat ferme totam Ægyptū potiſſimū ſole in cancro exiſtente, qui prius Melo dicebatur, ut ſcripſit Seneca de ſitu Indiæ; & eſt unus ex maioribus totius orbis, cuius ortus neſcit: ut Lucan. in lib. 10. Arcanū natura caput non prodidit ulli. Nec licuit populis paruum te Nile uidere.

✻ פֶּרֶת Cardo oſtij: 3. Regū 7. Et cardines oſtiorū domus interioris. Munſt. Transfertur iſtud nomen & ad pudibunda mulierum Iſaiæ 3.

✻ פָּשַׁע Conualuit, fortificatus eſt & roboratus: Geneſis 49. Et diſſoluta ſunt uincula brachiorum & manuū eius. Rabi Salomon uidetur hanc ſententiā exponere uelle ex ſequenti uocabulo quod aurum ſignificat, ut ſic intelligatur: Et deaurabuntur brachia manuum tuarum de manibus fortis Iacob, id eſt, à dño qui eſt fortis, hoc eſt, deus Iacob: alij autē utrabi Dauid Kimhi legunt ſic, Et fortificabuntur brachia manuū tuarum. ſic 2. Re 6. Subſilientem atq; cantātem coram domino: rectius uiriliter ac fortiter agentē & ſalientem coram domino. פָּז Aurum obrizum optime purgatum: Pſalmo 21. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo, quod rectius multo Hieronymus ſic, Pones in capite eius coronam de obrizo: & 3. Regum 10. Et ueſtiuit eum auro fuluo nimis, id eſt, auro aureo, hoc eſt, purgatiſſimo, ſcilicet maximi ualoris, ut alludat ſuperiori uocabulo, & hic pręponitur mem litera appenſilis מִפָּז ſed eius loco quandoq; pręponit aleph in eodē ſignificato אֶפָּז Dan. 10. Et renes eius accincti auro obrizo.

✻ פָּזַר Diſperſit, diſſipauit, prodegit: Pſalmo 53. Quoniam deus diſſipauit oſſa eorum: & Ieremiæ 50. Grex diſperſus Iſraël: & Pſalmo 141. diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.

✻ פָּחַד Timuit, formidauit, pauit, territus

ritus est: Isaiæ 33. Conterriti sunt in Sion peccatores: & Psalmo 14. Illic trepidauerunt timore, sequēs dimidius uersiculus secundum prisca uolumina obeliſco confodiendus est. Sic etiam superiores in eodem Psalmo, uersus tres ab eo qui incipit. Sepulchrum patens, usq; ad eum qui desinit ante oculos eorum, non inueniuntur illic in hebraico, nec etiam in græco apud idoneos: quare miror Nicolaum de Lyra eum locum esse commētatum, laudoq; magis Burgensem qui non ita perfunctorie transijt, sed eius notę meminit in additionibus suis aureis atq; preciosis, & Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate etiam eosdem non posuit. Item Oseæ 3. Et pauebunt ad dominū & ad bonum eius. Inde nomen פַּחַד timor, pauor, stupor, formido, terror: Genesis 31. Et timor Ishac fuisset mihi: & Iob 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, ubi numeri pluralis est nominis immediate præcedentis. Item nomen aliud in alia forma præcedente mem litera, מִפַּחַד Prouerbiorum 28. Beatus homo qui semper est pauidus. פַּחַר Testiculus: Iob 40. Nerui testiculorum eius perplexi sunt.

✻ פַּחַת Princeps, dux: Nehemiæ 5. Annonas quæ ducibus debebantur non comedimus: pro eo quod rectius hebręi legunt, panem principis non comedi. Et quamuis hoc uocabulum sit masculinū & he finalis aspiratio non significet terminationem fœminini generis, tamē declinatur secundum formam fœminorum, ut in eodem loco: duces autem primi, ubi adiectiuum terminatur in masculino genere. Scribitur autem prima syllaba per sægol, sed cum in continuitate cōstructionis regit post se genitiuum, tunc scribitur per patha. Haggęi 1. Filium Salathiel ducem Iuda, & quandoq; finalis aspiratio aufertur sequente pronomine subiunctiuo affixo.

✻ פָּחַז Festinauit, uagatus est celeriter, cito succensuit, animosus fuit: Sophoniæ 3. ubi nos legimus: Prophetæ eius uæsani: Hebręi habent, prophetę eius festināt. Septuaginta ab animositate & iracundo spiritu transtulerunt grece πνευματοφόροι id est, sunt ferentes spiritum: sed aliter atq; propius accedit nostra trāslatio Iudicum 9. Qui conduxit sibi inter eos uiros inopes, id est, uacuos & uagos, id est, leues qui possunt festinare: & Geneſis 49. Effusus es sicut aqua, pro, festināter eluctatus sicut aqua, non augeberis.

✻ פֶּחָם Carbo, pruna: Prouerbiorū 26. Sicut carbones & prunas & ligna ad ignem: & Isaiæ 44. In prunis & in malleis formauit illud.

✻ פַּחַת Fouea: 2. Regum 18. Et proiecerunt eum in saltu in foueam grandē: declinatur in masculino: & pluraliter sic 2. Regum 17. Forsitan nunc latitat in foueis aut in uno quo uoluerit loco: & Leuitici 13. Eo quod in fossa sit in superficie uel per totum lepra: rectius, humiliata & diminuta sit. Vnde eo uocabulo utuntur magistri Hebręorum cum per modum adagij dicere uolunt, ne quid minus, ne quid nimis.

✻ פִּטְדָה Lapis preciosus, quem nostra translatio topazion nominat: Exodi 28. In primo uersu erit lapis sardius & topazius: & quia significat lapidem uiridem, ideo uariant interpretes & expositores scripturarum: alij enim passiuum uolunt esse à colore uiridi nominatum,

& fortaſſe non abſurde, eo quod quoddam genus topazij praſſoidem dicunt: alij ſmaragdum quę & ipſa uiridis eſt, & autore Iuba ſmaragdus illa eſt acriter uiridis quæ apud Æthiopes naſcitur, & à Plinio laudata ſcribit: unde illud Iob 28. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, ego putarem rectius exponi de ſmaragdo quàm topazio: ſcripſit enim rabi Ionas qui linguam quoq; Arabicam calluit, quod lapis iſte quem preſens uocabulũ ſignificat, Arabice nominet ſmerad.

* פָּטַר Dimiſit, emiſit, declinauit, ſeceſſit: 1. Regum 19. Et declinauit Dauid à facie Saul, ubi legitur neutraliter, ſed actiue ponitur: 2. Paralippomenon 23. Siquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire turmas. Significat etiam aperire, ut Prouerbiorum 18. Qui dimittit aquã caput eſt iurgiorum, id eſt, qui aperit aquam ſcilicet retentam, & manifeſtius legitur Exodi 34. Omne quod aperit uuluam meum erit: & ibi ſcribitur ſex punctis פֶּטֶר & in genere fœminino Numeri 8. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem uuluam: & deriuatur à ſuperiore ſignificato, eo quod primogenitũ omne primum emittitur & erumpit ex matrice. Inde dicuntur פְּטוּרִים prominentes ſculpturæ quod uel emittantur uel aperiant ſe, ut legitur tertio Regum ſexto. Et cælaturas ualde eminentes: quod paulo ſuperius traducitur, & picturas uarias quaſi prominentes de pariete & egredientes. Ecce ab utroq; ſignificato eſt interpretatus autor quiſq; fuerit.

* פַּטִּישׁ Malleus grandis & ponderoſus: Ieremiæ 23. Et quaſi malleus cõterens petram: & Iſaiæ 41. Faber ærarius percutiens malleo.

* פִּיר Deſtructio ſeu ruina. Prouerbiorum uicesimoquarto. Et ruinam utriuſq; quis nouit: & Iob 31. Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat.

* פִּים Pinguedo, aruina: Iob 15. Et de lateribus eius aruina dependet.

* פָּכַח Eliquuit, egreſſum, elapſum, eluctatum eſt, redundauit, exiuit: Ezechielis quadrageſimoſeptimo. Et ecce aquæ redundantes à latere dextero. Inde פַּךְ lenticula: primo Regum decimo. Tulit autem Samuel lẽticulam olei, quia ex ea liquitur oleum.

* פָּלַל Fecit debitum, egit quod iuſtum eſt, ius dixit, executus eſt iuſticiam, iudicauit: 1. Regum 2. pro eo quod nos legimus: Si peccauerit uir in uirum placari ei poteſt deus, ſi autem in deum peccauerit uir quis orabit pro eo: ibi hebraici ſermonis docti ſic interpretant: Si peccauerit uir erga uirum iudicabit eum iudex, ſi autem erga dominum peccauerit uir, quis conſtituetur iudex ei: & hic memẽto quod te ſupra docui אֱלֹהִים ſignificare etiam iudicem, ſed tetragrammaton ſolũ deum, ut hęc latius determinat rabi Moſes Ægyptius libri primi perplexorum capite ſecundo, quę faciunt ad intelligẽtiam ſupra citati prophetę Eli uerſus: prima enim, id eſt, noſtra translatio non cõcordat cum ſancto Iacobo qui ait: Infirmatur quis in uobis inducat presbyteros eccleſię & orent ſuper eum, & oratio fidei ſaluabit infirmum: & ſi in peccatis ſit remittentur ei: ergo qui peccauerit cõtra deum is aliquos habere poteſt qui orent pro eo, & ex ea oratione remittentur ei peccata. Item legitur Pſalmo 106. ſecundum noſtram translationem. Stetit Phinees & placauit & ceſſauit quaſſatio,

ubi

ubi certum est quod Phinees nulla oratione ad deum usus est, sed sola iusticię executiõe, sicut scribitur Numeri uicesimo quinto, quare non potest hoc uerbum ad orationem & supplicationis placationẽ transferri, sed ad iudicij rigorem & executionẽ iusticię, sicut etiam Ionathas chaldæus in supra memorato uersu quiponitur: 1. Regum 2. expresse approbat. Inde nomen פְּלִילִי Iob 31. hoc enim nephas est & iniquitas maxima, rectius sic, hæc est iniquitas rigorose iudicanda, accipitq; iod cata epenthesin. Significat autem huiuscemodi uerbum in forma coniugationis hithpael הִתְפַּלֵּל etiam orare & rogare. Geneseos uicesimo. Et orabit pro te quia propheta est, & infra. Orante autem Abraham sanauit deus Abimelech. Inde nomen תְּפִלָּה oratio, ut in titulo Psalmi nonagesimi. Oratio Mosi hominis dei: & quarto Regum uicesimo, Audiui orationem tuam: & à superiore significato deducitur: qui enim deum orat is petit ut eum iudicet secundum misericordiam suam, & non respiciat ad multitudinem malorum quę fecit.

✻ פָּלָא Ignotum, occultum, abscõditum, arcanum fuit. Deuteronomij decimoseptimo. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris: quod Onkelus secundũ aliquos libros sic transtulit chaldaice: Cum liquidanda siue exponenda fuerit abste res aliqua: sed alij Hebræorum libri translationem chaldaicam melius sic habent: Cum occultabitur seu operta à te fuerit res aliqua: & sic rabi Salomon exponit uersiculum illum Deuteronomij tricesimo. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est, magis proprie ita uerbum è uerbo: quoniam præceptum illud quod ego pręcipio tibi hodie non occultatum neq; opertum est à te: ubi ponitur præsens uerbum. Inde dictus est is cuius nomen non profertur פְּלֹנִי id est, ille talis, uel aliquis nobis notus, uel quidam: Ruth quarto. Sed hic uocans eum nomine suo, quod corrupte legitur: sic enim ueritas habet, Sed hic aliquis uiduus, quasi diceret, sede huc homo uiduate: & retinet hoc uocabulum eandem significationem quam apud grecos habet ὁ δεῖνα id est, quidam, scilicet cuius nomen proferre nolo: quam dictionem quamuis alij putant declinabilem dicentes in nominatiuo ὁ δεῖνας ego tamen apud Philostratum de uita Apollonij libro tertio, inuenio ὁ δεῖνα & in euangelio Matthæi capite uicesimosexto. Ite in ciuitatem ad quendam τὸν δεῖνα ab arcano etiam & ignoto deriuatur id uocabulum quod sequitur. פֶּלֶא Miraculosum, mirabile, miraculum, mirificum: Exodi decimo quinto. Faciens mirabilia, id est, faciens miraculum, et pluraliter Threnorum primo. Deposita est uehementer. Rectius sic, Et paruifecit miracula, & in fœmineno: ut Psalmo centesimo decimonono. Mirabilia testimonia tua: & Isaiæ nono. Et uocabitur nomen eius admirabilis, pro miraculosus seu mirificus, ut hęc clarius in Capnione nostro scripsimus. Inde uerbum transitiuum הִפְלִיא Psalmo decimoseptimo. Mirifica misericordias tuas, ubi in quibusdã libris hebraicis mutatur aleph in he potissimũ in nuper impressis, & quamuis in ueteribus quibusdam membranis habeam per aleph scriptum, tamen possideo alterum etiam antiquissimum uolumen pergamenum in

quo per he aſpirationem finalem loco a/leph inuenitur: & Pſalmo 51. Quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi, huic etiam nomini pręponitur nun: Pſalmo 105. Mementote mirabiliũ eius, prę/ponitur ei etiam quandoq; mem, ut Iob 37. Magnas & perfectas ſcientias, & à ſu periore uocabulo dicitur illud quod legi tur Numeri 6. Cum fecerint uotum ut ſanctificentur & ſe uoluerint domino cõ ſecrare, quod uerbum è uerbo ſic tranſ/fertur. Vir ſiue mulier cum ſe occultaue rit, ſegregauerit, ſeu abſconderit ad uo/uendum uotum nazaræi ſiue monachi: & ſic more ſuperioris uocabuli ſignificat ſegregationem.

✻ פָּלַג Diuiſit, partitus eſt: Geneſis 10. Eo quod in diebus eius diuiſa ſit ter/ra. Inde פְּלָגִי riui partiti & diuiſiones a/quarum, quas noſtra translatio flumen appellat: Pſalmo 65. Flumen dei repletũ eſt aquis, ſed Hieronymus magis pro/prie. Riuus dei plenus aqua, & ſcribitur פֶּלֶג ſex punctis: & pluraliter Pſalmo 1. & erit tanquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarũ. Hieronymus ſic iuxta riuulos aquarũ, & in alia forma Iob 20. Non uideat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri.

✻ פִּלֶגֶשׁ Concubina, uxor: Geneſis 35. Et dormiuit cum Bala concubina pa/tris ſui: & pluraliter in forma fœminina: 2. Regum 20. Decem mulieres concu/binas.

✻ פַּלַּר Teda, quod noſtra transla/tio habenam traduxit: Nahum 2. Igneæ habenæ currus, ſed doctores per meta/theſin putant oriri à לַפִּיר id eſt, fax, quę figura in uſu frequens eſt Iudæis, ut in ar te grammatica.

✻ פָּלַח Separauit, ſegregauit, diſcri/minauit: Exodi 8. pro eo quod nos legi/mus. Faciamq; mirabilẽ in die illa terrã Geſſen, hebraica ueritas ſic habet uerbũ è uerbo, Et ſeparabo in die illa ipſam ter/tam Goſen quæ eſt populi mei ſtantis ſu/per eam ut non ſit illic animal nociuum: uidiſti enim ſupra quod cum ſignificat mirabile tũc terminatur in aleph: ſic Pſal mo 3. pro eo quod nos legimus non con/ſyderata orthographia, quoniam miri/cauit dominus ſanctum ſuum, uel ſecun/dum Hieronymũ mirabilem reddidit: ibi hebraica ueritas habet, quoniam ſe/gregauit dominus ſanctum ſibi ipſi: ſigni ficat autẽ ſecundũ quoſdã manifeſtare.

✻ פָּלַח Diſſecuit, fidit, diuiſit, biper titus eſt, dimidiauit: Prouerbiorum 7. Donec trãsfigat ſagitta iecur eius, id eſt, diuidat, findat: & Iob 16. conuulnerauit lumbos meos, hebraica ueritas ſic, dimi/diauit renes meos. Inde nomẽ פֶּלַח frag men, ſeu alicuius rei dimidium. Iudicum 9. Et ecce una mulier fragmen molæ de/ſuper deijciens: & Canticorum 4. Sicut fragmen mali punici, id eſt, ſicut dimidi/um pomi: cuius translationis paulo poſt oblitus eſt interpres eiuſdem libri capite 6, cum ait: Sicut cortex mali punici.

✻ פָּלַט Euaſit, ſaluatus eſt: Ezechie/lis 7. Et ſaluabuntur qui fugerint ex eis, id eſt, euadent. Inde nomen פָּלִיט eua/ſor. Geneſis 14. Et ecce unus qui euaſe/rat, & in Abdia prõpheta legitur, neque ſtabis in exitibus ut interficias eos qui fu/gerint. Inde uerbum tranſitiuum פִּלֵּט 2. Regum 22. Saluabis me à contradicti/onibus populi mei, pro eo quod dicere debuit. Facies me euadere. Alia ſignifi/catio huius uerbi proxima iſti eſt, eijce/

re uel

re, proijcere uel dimittere. Abdię. Apprehẽdes & non saluabis, rectius sic: Apprehendes & non eijcies, & sequitur, & quos saluaueris in gladium dabo, id est, & si quos eieceris.

פֶּלֶךְ Fusum mulieris significat: 2. Regum 3. Et tenẽs fusum & cadens gladio: & Prouerbiorum 31. Et digiti eius apprehenderũt fusum. Significat etiam comitatum seu præfecturam collegij alicuius cõmunitatis seu pagi: sic legit Nehemiæ 3. Princeps uici Ierusalem: & infra, Princeps mediæ partis uici Ierusalem: & infra, princeps pagi maspha, id est, præfectus comitatui huius uel huius loci.

פֶּלֶס Regula ponderis, hoc est, ferrum indicans æquilibram. quę lingula siue amussis dicitur: Isaię 40. Et librauit in põdere montes, id est, in regula, & sic capitur in artibus pro regula: similiter Prouerb. 16. Pondus & stathera iudicia dñi sunt. Inde uerbũ פָּלַס quod significat æquilibrare, põderare, regulare, iustificare, rectificare, dirigere. Prouerb. 4. dirige semitas pedibus tuis, & eiusdẽ libri 5. Per semitã uitę non ambulant, Hebræi sic, Semitã uiuentiũ ne libraueris, nam sequit, uagi sunt gressus eius & inuestigabiles: sic Isaię 26. Rectus callis iusti ad ambulandum: Hebręi sic, rectum incessum iusti ponderabis seu librabis.

פָּלַץ Quassum est, horruit, tremuit, concussum est: Iob 9. Et colũnæ eius cõcutiunt, id est, tremũt. Inde nomẽ מִפְלָצֶת tremor, Isaię 21. pro eo qd nos legimus. Tenebræ stupefecerunt me, ueritas hebraica legit sic: tremor terruit me, ubi interpres iterum sicut alias sæpe omnia ad placitum suum inculcat etiam per totum ferme contextum orationis: aliter & rectius Ezechielis septimo. Et operiet eos formido.

פָּלַשׁ Inuoluit, obuoluit. Micheę primo. Puluere uos conspergite, ueritas habet, Puluere inuoluaris seu inuoluere. In imperatiuo generis fœminini singularis numeri: similiter Ieremiæ sexto. Filia populi mei accingere cilicio & conspergere cinere: rectius sic intellige, tu filia uoluere in cinere.

פֶּן Neforte: Genesis 26. Neforte interficerent eum: & paulo infra, Ne morerer propter eam.

פִּנָּה Angulus. Prouerbiorum 7. Trãsit, per plateam iuxta angulũ, & paulo infra: Iuxta omnem angulũ insidians: & pluraliter in genere fœminino Iob 1. Et cõcussit quatuor angulos domus, sed in genere masculino Zacharię 14. Et usq; ad portam angulorum: & Psalmo 118. Factus est in caput anguli. Quia uero angulares domus sunt fortes, ideo fortalicium & turris robusta hoc uocabulo appellatur. Sophonię 1. ubi nos legimus, super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Hebræi intelligunt super ciuitates munitas & super turres altissimas, & sic rabi Dauid Kimhi exponit in commentarijs super duodecim.

פְּנִינִים Margaritę, gẽmę, preciosi lapilli, nostra translatio (nescio quare) uertit ebur antiquum: Threnorũ 4. Rubicundiores ebore antiquo: prorutilant specie plus quam gemmæ: intelligũt aliqui sic, plus quam coralij.

פַּנַג Nomen propriũ loci in terra Israël, ubi frumentum nascitur optimum, scilicet ad minith, cuius meminit liber Iudicum capite 11. pergentibus à Panag. Ezechielis uicisimo septimo. Iuda

& terra

& terra Israël ipsi institores tui in frumento primo balsamum & mel & oleum & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Rabi Ioseph filius Gorionis exposuit ungentum balsami quod in Iereho inuenitur optimum, unde etiam ei ciuitati nomen contigit ab odore suauissimo. Hieronymus in uersu allegato scribit quod hoc uocabulum Aquila, Symmachus & Theodotion ita ut apud Hebræos positū est transtulerūt, pro quo Septuaginta ungenta, & ipse balsamum uerterit.

פָּנָה Vertit, aduertit, respexit, animaduertit: Deuteronomij 31. Quia secutus est deos alienos: pro quo ueritas hebraica sic habet, Quia aduertit ad deos alienos: & Ieremię 2. uerterunt ad me tergum & non faciē. Ezechielis 36. Quia ecce ego ad uos & conuertar ad uos: & eiusdem 45. Gradus autem eius uersi ad orientem: & aliud nomen פְּנִית eiusdem 44. Quæ respiciebat ad oriētem, & eiusdem 11. Quæ respicit ad solis ortum: & & eiusdem 9. Quę respicit ad aquilonem, id est, quæ facit respicere. פְּנֵי & פָּנִים Vultus seu facies, eo quod respiciat huc & illuc: Genesis 16. A facie Sarai dominę meæ ego fugio. Recipit autem mem & simul lamed in principio מִלִּפְנֵי Ionę 1. Vt fugeret in Tharsis à facie domini: & Psalmo 114. à facie dei Iacob: & Psalmo 17. De uultu tuo iudicium meum prodeat. Inde לִפְנֵי ad faciem, in facie, in conspectu, ante faciem, quæ omnia exponimus coram: ut Genesis 25. Coram cunctis fratribus suis obijt, & talis locutio intelligitur uiuentibus omnibus fratribus: aliquando recipit in principio lamed solū absq; mem, & significat ante: Psalmo 72. Ante solem permanet nomen eius. Inde nomen מִלְּפָנִים interior & interius quasi anterius, & dicitur de templo interiore quod erat ante oraculum: 3. Regum 6. Posuitq; Cherubim in medio tēpli interioris. Illud autē quod scribitur Psalmo 45. Omnis gloria eius filię regis abintus: intelligitur sic quod constet in uultu, & sic he finalis est paragoge ם פָּנִימָה quia uero ira hominis cernitur in facie eius, iccirco iram quoq; significat: ut Psalmo 34. Vultus domini super facientes mala, id est, ira domini. פָּנָה Expurgauit, euacuauit, & scribitur per dages: Genesis 24. Præparaui domum & locum camelis tuis, rectius sic: Euacuaui domum: & Sophonię tertio. Auertit inimicos tuos, id est, secundum rabi Dauid Kimhi super duodecim. Euacuauit inimicum tuū, est enim numeri singularis, & ita euacuauit ut non sit ipse ultra in terra tua, pro quo allegat uersiculum supra citatum.

פָּנַק Deliciauit, si latine dicere liceret, delicate pauit, in delicijs nutriuit: Prouerbiorum 29. Qui delicate nutrit à puericia seruum suum.

פַּס Filum seu licium diuersi coloris: Genesis 37. Fecitq; ei tunicam polymitam, id est, plurium filorum diuersorum colorum: componitur autem polymita à poly, id est, multum & mitos filū seu licium, non sicut Lyra noster deriuauit à pluralitate guttarum, fuerit autē ea tunica serica an non serica nemini cōstare potest ex textu. Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus dicit quod pānus eius tunicæ fuit contextus ex multicoloribus filis quorū quodlibet propriā speciē habuit, ergo ueritas scripturæ sic habet: Et fecit ei tunicā liciorū multicolorum.

* פַּסַּת Placenta seu placentula: Psal. 72. pro eo quod nos legimus, Erit firmamentũ in terra in summis montiũ, hebraica ueritas sic habet, Erit placenta frumenti. Rabi Dauid Kimhi exponit, id est, particula frumẽti, ubi Nicol de Lyra putauit uitiũ esse scriptoris, qui exscripsit firmamentũ pro frumentũ: ego autem opinor quod contigit uitio Septuaginta interpretũ. Illi enim ex hebraico transtulerunt in græcũ στήριγμα quod recte postea Hieron. de gręco uertit in latinũ firmamentũ, sed in suo de hebraica ueritate Psalt. transtulit memorabile triticum.

* פַּסַּס Finiuit, defecit: Psalmo 12. Quoniam diminutæ sunt ueritates à filijs hominum, id est, defecerunt, & secũda litera scilicet samech fortificatur puncto dages, ut ostẽdatur abiectio per apocopen alterius samech.

* פִּסְגָה Excelsum, altũ, nostra translatio ceu sit nomen proprium mõtis permisit hoc uocabulum intactum dicens Deuteronomij 3. Ascẽde cacumen Phasge, quod etiam Nicolaus de Lyra ita exposuit, sed Onkelus chaldaice transtulit ascende ad caput seu uerticem siue cacumẽ excelsum aut altũ. Inde oritur uerbũ transitiuum פִּסֵּג Psalmo 48. Distribuite domos eius, quod Hieronymus traduxit, separate palatia eius: sed rabi Salomõ exponit, exaltate palatia eius: & rabi Dauid Kimhi, fortificate & munite regias seu palatia eius.

* פִּסֵּחַ Claudus: Isaiæ 35. Tũc saliet sicut ceruus claudus: & Leuitici 21. Si cæcus fuerit, si claudus. פָּסַח Trãsiuit, transiliuit, transcendit: Exodi 12. Trãscendet ostiũ domus: & iterũ, Et uidebo sanguinẽ & trã sibo uos, id est, transiliã & nõ tangã uos: inde nomen פֶּסַח scilicet pasha, id est, transitus, ut eodem in loco: est enim phasa, id est, trãsitus domini, quod nos non recte dicimus pascha, quasi esset passio à græco πάσχειν deriuatum: non enim sic à passione sed à transitu nominatur, ut scribit Hieronymus in cõmentarijs super Matthęũ capitulo 26. & sic pe principale scribitur per sęgol quando sacrificiũ illud pashę significat ad differentiam aliorum significatorũ, ut cum subsilire uel transilire denotat, ut 3. Regũ 18. Vsq; quo claudicatis in duas partes, hoc est, subsilitis.

* פָּסַל Dolauit, sculpsit, incidit marmor. Deuteron. 10. Dola tibi duas tabulas lapideas: & Exodi 34. Præcide tibi duas tabulas lapideas. Inde פֶּסֶל nomẽ sculpturarũ. Leuitici 26. Non facietis uobis idolum & sculptile: & Psalmo 97. Cõfundant omnes qui adorant sculptile: & pluraliter: Psalmo 78. Et in sculptilibus suis ad ęmulationem eum prouocauerunt: sic Isaiæ 42. Et laudẽ meam sculptilibus.

* פָּעָה Clamauit, uociferauit, quod translatio nostra traduxit locutus est. Isaiæ quadragesimo secundo. Sicut parturiens loquar, & pręposito aleph אֶפְעֶה est genus serpentis quod uiperam dicimus, ut uidisti supra in aleph.

* פָּעַל Fecit, operatus est. Isaię quadragesimo primo. Quis hæc operatus est & fecit: & Micheæ secundo. Et opera mini malum in cubilibus uestris. Inde nomen פֹּעַל opus, Psalmo nono. In opere manuum suarum comprehensus est peccator: & Psalmo 46. Venite & uidete opera domini.

* פַּעַם Vix uicis, una uice, semel, iã uel nunc; Prouerb. 7. Nunc foris nũc in

plateis

plateis:& Geneſis 18. Obſecro domine ne iraſcaris ſi loquar adhuc ſemel:& Geneſis 27. Et ſupplantauit me en altera uice, id eſt, bis, nam in ſingulari ſignificat ſemel uel una uice, in plurali ſignificat bis uel duabus uicibus: & ſic pluribus uicibus, ut Numeri 14. Et tentauerunt me iam per decem uices. פַּעַם Palpitauit, conſternatus, cõtritus & pulſatus eſt: Geneſis 41. Et facto mane pauore perterritus, rectius ſic, & palpauit ſeu contritus eſt ſpiritus eius: ſic Danielis 2. Et conterritus eſt ſpiritus eius. Inde malleus quo aliquid cõteritur, frangitur, aut percutitur. פַּעֲמוֹן Tintinnabulũ, quã uulgo nolam dicimus. Exodi 28. Mixtis in medio tintinnabulis ita ut tintinnabulum ſit aureum & malum punicum rurſumq; tintinnabulũ aliud aureum & malum punicum. In quo uerſu habes ſingularem & pluralem numerum & ſic declinationem. פַּעַם Veſtigium, greſſus, pes, Pſalmo 17. Vt non moueantur ueſtigia mea:& Prouerbiorum 29. Rete expandit greſſibus eius: ſic Iudicum 5. Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius:& Canticorum ſeptimo. Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, id eſt, pedes tui.

פַּעְנֵחַ Vocabulum Ægyptiacum, quod rabi Abraham teſte rabi Moſe Gerundenſi neſciuit interpretari niſi quod ſit nomen aliquod honorabile præſidatus, prefecturę ac magiſtratus, & rabi Salomon ſcripſit quod in nullo loco bibliæ reperiatur niſi Geneſis 41. Et uocauit eũ lingua Ægyptiaca ſaluatorem mundi.

פָּעַר Rictum aperuit, hiauit, Pſalmo 119. Os meum aperui:& Iſaię 5. Et aperuit os ſuum abſq; ullo termino:& Iob 16. Aperuerunt ſuper me ora eorum.

פָּצַח Aperuit: Iudicum 11. Aperui enim os meum ad dominum:& Ezechielis 2. Aperi os tuum & comede, ideo tranſumptiue ſolet aliquando liberationem ſignificare, quaſi clauſtrorum aperturam.

פָּצַח Plauſit, iubilauit, cantauit, uociferauit: Iſaiæ 55. Montes & colles cãtabunt coram uobis laudem: & Pſalmo 98. Cantate & exultate & pſallite.

פָּצַח Cõfregit: Micheæ 3. Et oſſa eorum confregerunt.

פָּצַל Fidit, decorticauit: Geneſis 30. Ex parte decorticauit eas, & infra. Quã decorticauit. & ibi inuenies nomen quod ſignificat corticem, ſic enim recte legi deberet: Et excorticauit in eis cortices albos ſiue peripſemata alba: eſt autẽ corium ligni adhuc uirentis.

פָּצַם Fregit & fidit & diſſecuit atque rupit: Pſalmo 60. Cõmouiſti terram & conturbaſti eam, rabi Salomon exponit deſtruxiſti, diſſipaſti, fregiſti, rabi Dauid Kimhi fidiſti, rupiſti eam, cui aſtipulatur Hieronymus qui traduxit ex hebraico dirupiſti eam.

פָּצַע Vulnerauit: Canticorum 5. Percuſſerunt me & uulnerauerunt me: & 3. Regũ 20. Qui percuſſit eum & uulnerauit. Inde פֶּצַע uulnus per ſægol ſcriptum: Iſaię primo. Vulnus & liuor & plaga tumens.

פָּצַר Cõpulit, coẽgit, flagitauit, & per uim traxit: Geneſis 19. Compulit illos opido. Inde legitur illud 1. Regũ 13. Retuſę itaq; erant acies uomerũ, hoc eſt, coacta & diſtracta erant ora eorũ, id eſt, inſtrumentis ferreis erat multa uis illata ne forent apta ad proſcindendum.

פָּקַד Censuit, uisitauit, statuit: Genesis 21. Visitauit autē dominus Saram, & Exodi 3. Visitans uisitaui uos, & eiusdē 32. Ego autem in die ultionis, id est, uisitationis meę uisitabo & hoc peccatum eorum, & eiusdem 34. Qui reddis iniquitatem patrū filijs ac nepotibus, id est, statuis peccatū patrū: multa habet deriuata, sed omnia huc tendunt ut habeant in memoria quæ fuerint bene aut male facta: & Iob 34. Quē constituit alium super terram. Significat etiam deficere, deesse: 1. Regum 25. Nec aliquando defuit quicquam eis: & significat quoq; numerare: ut 1. Regum 13. Et recensuit Saul populū, pro numerauit. Sic Numeri 1. Numerabitis eos per turmas suas: & Exodi 38. Hęc sunt instrumēta tabernaculi testimonij quæ enumerata sunt inter præceptū Mosi: significat etiam pręcipere: ut Ezrę 1. Et ipse pręcepit mihi ut ædificarē ei domum: & Psalmo 19. Iusticię domini rectę lętificātes corda, ueritas hebraica habet, mandata siue præcepta domini recta: significat item reponere: ut Ieremiæ 37. Vt traderetur Ieremias in uestibulū carceris, pro eo quod legi deberet, Et reposuit Ieremiam iu uestibulum carceris. Inde nomē פִּקָּדוֹן Leuitici 6. Negauerit proximo suo depositū, id est, repositū apud eum in manum fidelem, & significat pręficere: ut Genesis 40. Et custos carceris tradidit eos Ioseph, id est, præfecit Ioseph eis in custodia: similiter Num. 27. Prouideat dominus deus spirituū omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, id est, pręficiat siue ordinet. Inde פְּקֻדָּה Psalmo 109. Episcopatum eius accipiat alter, id est, pręfecturam.

פָּקַח Aperuit, uelamen remouit; Isaię 42. Vt aperires oculos cœcorū: & Genesis 3. Aperientur oculi uestri & aperti sunt oculi amborum. Inde nomen פִּקֵּחַ apertus, uidens, solers: Exodi 4. Vidētem & cœcum: & Iob 14. Et dignū ducis super huiusmodi aperire oculos tuos: & 4. Regum 4. Aperuitq; oculos suos.

פָּקַע Nodus oblongus in modū oui: quarto Regum septimo. Et sculptura subter labium circuibat illud, id est, & tuberculi solidi atq; oblongi sic sculpti circuibant illud. פַּקּוּעַ Colokynthis, sic enim nostra translatio habet: quarto Regum quarto. Et collegit ex ea colokynthidas, nō quod decerpserit ex uite agresti colokinthidas, non enim nascuntur in eis, sed quia circa eas agrestes uites sæpe nascuntur & plus augentur tales fungi quos interpres nominat colokinthidas: & secundum Dioscoridem de sylua medicinali libro tertio, à Romanis dicitur cucurbita syluatica, & ab alijs nominatur fungus caninus, & est acriter amara ut idem scribit: unde sequitur in loco citato: quarto Regum quarto. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Est & alia species cibo apta quę dicitur colokyntha, de quo Dioscorides in libro 2. Multi putant à figura & oblonga rotunditate sic dici à superiore uocabulo.

פָּר Bos iuuenis, iuuencus, uitulus, taurus: Exodi 29. Tolle uitulum de armento: hebraice sic, Sume iuuencum unum filium uaccæ: & pluraliter Psalmo 22. Circumdederunt me uituli multi: & assumit in fine he aspiratione fœminini generis notam פָּרָה & significat uaccā. Numeri 19. Vt adducant ad te uaccā rufam: & pluraliter Amos 4. Audite uerbum hoc uaccę pingues,

✽ פִּרּוּר Cacabus, olla: Numeri undecimo. Coquens in olla: Ioëlis secundo. Omnes uultus redigẽtur in ollã: ubi per epenthesin accipit aleph. Item primo Regum secundo. Aut in ollam siue in cacabum: & est quatuor literarum.

✽ פִּרְפֵּר Confregit, contriuit, Iob decimosexto. Repente contritus sum: pro, contriuit seu fregit me.

✽ פֶּרֶא Onager, ferus, syluestris: Geneseos decimosexto. Hic erit ferus homo: Oseæ octauo. Onager solitarius sibi Ephraim: & loco aleph in fine scribitur quandoq; he aspiratio lenis: Ieremiæ secundo. Onager assuetus in solitudine: & quamuis ibi in quibusdam tam impressis quam scriptis codicibus uideam aleph finale, tamen in regulato uolumine antiquissimo scribitur per he loco aleph: & ponitur in margine eiusdem loci adnotatio quæ dicitur massara, sic non scribitur per aleph.

✽ פֶּרֶד Mulus: secundo Regum decimooctauo. Accidit autem ut occurreret Absalom seruis Dauid sedens mulo cumq; ingressus fuisset mulus: & Psalmo tricesimosecũdo. Nolite fieri sicut equus & mulus. פָּרַד Disperssit, diuisit, & reperitur magis passiue: Geneseos uicesimoquinto. Et duo populi ex uentre tuo diuidentur: & Geneseos decimo. Ab his diuisę sunt gentes in terra post diluuium. Inde פְּרוּדוֹת grana seminis sub terra iacentis dicta à dispersione atq; diuisione, quam præsens uerbum significat: ut Geneseos tredecimo. Recede a me obsecro, id est, diuidere tu à me.

✽ פַּרְדֵּס Hortus arboribus consitus fructuum uescorum: Canticorum 4. Paradisus malorum punicorum; Ecclesiastis secundo. Feci hortos & pomeria.

✽ פָּרָה Creuit, fructificauit: Geneseos 35. Cresce & multiplicare: sic Geneseos 1. Crescite & multiplicamini: sic Psalmo 128. Vxor tua sicut uitis abundãs, id est, פּוֹרִיָּה fructificans: sic Geneseos 1. Lignũ pomiferum faciens fructum, id est, lignũ fructificans fructũ: igitur ab eo פְּרִי fructũ quoq; significat. Amos 9. Faciẽt hortos & comedent fructus eorum: & Psalmo primo. Quod fructum suum dabit in tempore suo. Inuenitur quandoq; scriptum per aleph in medio cata epenthesin, ut פֹּארוֹת Ezechielis 17.

✽ פְּרָזִי Vicus absq; muro ac sine munitione: Zacharię 2. Absq; muro habitabitur Ierusalẽ. Inuenies autem in masculino & fœminino genere. Esther 9. Hi uero Iudæi qui in oppidis non muratis ac uillis morabantur: qui enim morantur absque muro dicuntur פְּרָזִים & uillę non munitę neq; muratę dicũtur פְּרָזוֹת Zachariæ ut supra.

✽ פָּרַח Floruit, germinauit. Numeri 17. Inuenit germinasse uirgam Aaron in domo Leui, id est, floruisse: & Canticorum 6. Si floruissent uineę: & Psalmo 92. Iustus ut palma florebit: & in eodem. In atrijs domus dei nostri florebunt: transumptiue autem dicitur Leuitici tredecimo. Sin autem effloruerit discurrente lepra in cute. Ezechielis septimo. Floruit uirga, germinauit superbia. Quia uero transumitur ad educationem pullorum & uolatum, ideo auolationem quoque significat. Ezechielis tredecimo. Ecce ego ad puluillos uestros quibus uos capitis animas uolãtes: nam thargũ exponit hoc uerbum pro uolare. Inde pulli dicuntur אֻפָּרְחִים Deuteronomij duodecimo. Et

matrem

matrẽ pullis uel ouis desuper incubantẽ.

✻ פָּרַט Baccæ seu grana uuarũ, secundũ rabi Salomonẽ. Leuitici 19. Neq; in uinea tua racemos & grana decidentia congregabis. פָּרַט Particulariza uit, articulauit, sicut fit in musicis instrumentis uario tactu. Amos 6. Qui canitis ad uocem psalterij. Inde in artibus dicuntur פְּרָטִים particularia.

✻ פֶּרֶךְ Sæuitia & rigor: Exodi 1. Omniq; famulatu quo in terræ operibus premebãtur, hebraice sic, & in omni ministerio in rure ac omni famulatu eorũ quo seruiebant eis in sæuitia seu rigore: & paulo superius cum legitur, Et affligebant illudentes eis, hebraice sic, legitur, Et fecerũt seruire Ægyptij filios Israël in sæuitia seu rigore atq; immanitate.

פָּרֹכֶת Velum: Exodi 26. Facies & uelum de hiacyntho & purpura. Et dicit rabi Dauid Kimhi quod fuit cortina quę uelauit arcam pendens inter arcam & tabernaculum fœderis.

✻ פָּרַם Scidit, rupit: Leuitici 21. Vestimenta non scindet: & Leuitici 10. Vestimenta uestra nolite scindere.

✻ פָּרַס Fregit, dissuit, discerpsit: Isaiæ 58. Frange esurienti panem tuum: & Ieremiæ 16. Et non frangent inter eos lugẽti panẽ: pro quo inuenitur talis adnotatio quę dicitur massara, quod omnis expositio huius uocabuli scribitur per sin, præter duos locos in quibus scribitur per samech. Sunt autem allegati duo loci Isaiæ & Ieremię, quanquam reperiam etiam eosdẽ in multis Hebræorũ biblijs per sin notari, sicut & omnia alia eiusdẽ significati uocabula: ut Threnorũ 4. Et nõ erat qui frangeret eis. פָּרַס Fidit, diuisit: Leuitici 11. Omne quod habet diuisam ungulam. & paulo inferius. Lepus quoq; nam & ipse ruminat sed ungulam non diuidit, ubi multas inuenies formas huius uerbi, quo & significatur פַּרְסָה ungula, מִפְרֶסֶת fissura, plantæ diuisio. Salomon enim & plantam significari dicit. Micheę 4. Et ungulas tuas æreas.

פֶּרֶס Aquilę genus, alij accipitrem dicunt à diuisis ungulis. Leuitici 11. Aquilam & gryphum & halyaëton. פָּרַס Persa: Ezechielis 38. Persę, Æthiopes, & Libyci: & Esther primo. Fortissimis Persarum & Medorum.

✻ פָּרַע Vacauit, otiatus est, retrocessit, deseruit, posthabuit. Prouerbiorũ 13. Ægestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: & Exodi 5. Quare Moses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis, id est, uacare facitis ab operibus suis.

פָּרַע Discooperuit, nudauit, uacuauit: Exodi 32. Videns ergo Moses populũ quod esset nudatus: spoliauerat enim eum Aaron, hoc est, nudauerat, & secundum thargum ociosum fecit, secundum prius uocabulum: & Numeri 5. Discooperiet caput eius. Inde dicitur פָּרַע Numeri 6. Crescente cæsarie capitis eius, id est, crescat nudatio comæ capitis eius: sic uerbum è uerbo legi deberet. פַּרְעֹה Vindicta: Deuteronomij 32. pro eo qđ nos legimus, Et de captiuitate nudati inimicorũ capitis, hebraice sic legitur: Ab initio retributionum inimici siue uindictarum inimici: rabi Salomon intelligit de dispersione inimici.

✻ פַּרְעֹשׁ Pulex: 1. Regum 24. Canem mortuum persequeris & pulicem unum.

✻ פָּרַץ Fecit aperturam, diuisit, diruit, rupit: Micheæ secundo. Diuident

& transibunt: & Oseæ 4. pro eo quod nos legimus, Inundauerūt & sanguis sanguinem tetigit: Hebræi uertunt ruperunt, secundum rabi Dauid in commentarijs super duodecim, qui pro se allegat uersiculum Isaiæ quinto: Diruam maceriam eius: & Exodi 19. Ne percutiat eos, rectius sic, Ne diruat seu rūpat eos: & Iob 28. Diuidit torrens à populo peregrinante: omnia eius deriuata ut פַּרִיץ פֶּרֶץ significant diruptionem, dissipationem, eruitionem & similia. Nam quod nos legimus Psalmo 17. Ego custodiui uias duras, exponendum esset rectius: uias diruptas, quare nescio quam ob causam Hieronymus uertit uias latronis, nisi forte qđ perfodit domos: unde & corrupti prauis moribus hoc uocabulo denominantur, ut Danielis undecimo. Filij quoq; pręuaricatorum populi tui, id est, filij corruptorum. פָּרַץ Flagitauit, coëgit, primo Regum uicesimo octauo. Coëgerūt autem eum serui sui: & 2. Regū 13. Cum autem cogeret eum & noluisset: & infra, Coëgit itaq; Absalom eum. Videtur autem per metathesin oriri à superiori uerbo פָּצַר quod idem significat.

✻ פָּרַשׂ Abrupit, excussit, explosit, remouit: Genesis 27. Cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis: & Psalmo septimo. Dum non est qui rediмat neq; qui saluum faciat, quod melius uertit Hieronymus. Laceret & non sit qui eripiat. פֶּרֶק Separatio, dismembratio, laceratio, artus, articulus, membrum: Nahum tertio. Dilaceratione plena, & scribitur sic sex punctis. Inde uerbum פָּרַק Zachariæ undecimo. Et ungulas earum dissoluet, id est, separabit. Inde dicitur biuium seu triuium פָּרָסָ ut in Abdia. Neq; stabis in exitibus, id est, in compitis seu triuijs: & per prothesin mem atque paragogen he uel thau מִפְרָסֶת significat ossa ceruicis: primo Regū quarto. Et fractis ceruicibus mortuus est. פָּרַק Liberauit, redemit, saluauit seu seruauit: Psalmo centesimo tricesimosexto. Redemit nos ab inimicis nostris: & Threnorum quinto. Non fuit qui redimeret de manu eorum, id est, qui saluaret nos: nam ubi uerbum hebraicum ponitur quod significat saluauit, ibi thargum pręsente uerbo utitur.

✻ פָּרַשׂ Extendit, exposuit, pandit: Numeri decimoquinto. Nescięntes quid super eo facere deberēt, rectius uerbum è uerbo sic. Et posuerunt eum in custodiam quia non erat expositor quid fieret ei. Inde nomen מְפֹרָשׁ expositum, masticatum. Nehemię octauo. Et legerunt in libro legis dei distincte & aperte, putarem ego in libro exposito: & tertio Regū octauo. Cherubim extendebant alas, significat etiam prope hoc significatum dispergere. Zacharię secundo. Et in quatuor uentos cœli dispersi uos. Item significat concidere. Micheæ 5. Et concidерunt sicut in lebete.

Munst. Quando præsens uocabulum scribitur cum iamin significat explicare. Hinc פָּרָשׁ eques, & פֶּרֶשׁ stercus. Cum smol uero significat expādere.

פַּרְשַׁדֹנַי Secessus stercorum alui: Iudicū 3. Statimq; per secreta naturę alui stercora proruperunt.

✻ פָּרַשׂ Exposuit, pandit: Iob uicesimosexto. Et expandit super illud nebulam suam: & aliquibus uidetur quod compositum sit ex tribus uocabulis מ פרש שרי ויו

פְּרָת Euphrates fluuius. Geneſis 2. Fluuius autem quartus ipſe eſt euphrates: unde multi uolunt deriuare uocabulum quod ſequitur. פַּרְתָּם Præfectus, præſes prouinciæ: Eſther 1. Et præfectis prouinciarum.

פָּשָׂה Creuit, dilatatus eſt, ampliatus eſt: Leuitici 13. Et ſiquidem lepra ultra non creuerit: & infra, & non creuerit in cute: & infra. Iterum lepra creuerit.

פָּשַׁח Diuiſit, ſcidit in partes, cōcidit in fruſta: Threnorum 3. Semitas meas conuertit & confregit me: quod rectius ſic fuiſſet translatum, Et cōcidit me, quia translatio chaldaica quæ eſt maximę autoritatis utitur præſente uerbo, quando Samuel concidit in fruſta regem Agag: 1. Regum 15. Et in fruſta concidit eum.

פָּשַׁט Nudauit, expoliauit, exuit. Canticorū quinto. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? & 1. Regum 31. Venerunt Philiſtiim ut expoliarēt interfectos. פָּשַׁט Impetum fecit, graſſatus eſt, excurrit ad prædā 1. Regum 30. Siquidē nos erupimus ad auſtralem plagam: & paulo ſuperius eodem. Amalechitæ impetū fecerunt ex parte auſtrali.

פָּשַׁע Præuaricatus eſt, defecit, deliquit, noſtra translatio habet ſpreuit. Iſaię 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me: & 4. Regum 1. Præuaricatus eſt autem Moab in Iſraēl. Inde פֶּשַׁע tranſgreſſio, præuaricatio, iniquitas: Pſalmo 32: Beati quorū remiſſę ſunt iniquitates. Hieronymus recte: beatus cui dimiſſa eſt iniquitas: & Exodi 22. Ad perpetrandam fraudem, uerbum è uerbo ſic, Super omni re iniqua.

פָּשַׁע Inceſſit, paſſizauit: Iſaię 27. Gradiar ſuper eam, pro, incedam pedetentim in ea. Inde nomen פֶּשַׁע paſſus, ueſtigium: 1. Regum 20.

פָּשַׁק Aperuit lubrice & inconſyderate. Prouerbiorum 13. Qui cuſtodit os ſuum cuſtodit animā ſuam, qui autem inconſyderatus eſt ſentiet mala, pro, qui autem aperit inconſyderate labia ſua &c.

פָּשַׁר Expoſitor, reſpōſor, determinator, arbitrator, ęſtimator, & putator. Eccleſiaſtis 7. Et quis cognouit ſolutionem uerbi, dicitur autem ſic quaſi cōmutatione thau raphati in ſin dexterum: ita enim Onkelus chaldaice interpretatur interpretem ſomniorū mutans thau in ſin. Geneſis 41. Nec erat qui interpretaretur. Munſt. Sonat hæc dictio uerius פתרון interpretationem quam interpretem.

פִּשְׁתָּה Linum. Exodi 9. Linum ergo & hordeum lęſum eſt: & infra. Et linum iam folliculos germinaret: & quāuis ſit generis fœminini, tamē pluraliter declinatur in forma maſculina, ut Iſaiæ 19. Confundantur qui operantur linum: nam ſequitur dictio pexilis quę eſt fœminini generis, & tamen in plurali, ſed uerbum è uerbo ſic ſcribitur: Et confundentur operantes lina pexilia. Vnde amanuenſis male ſcripſit pro pectentes plectentes, & eſt menda: & ſingulariter in fœm. Iſaiæ 42. Et linū fumigās non extinguet.

פָּתַת Fregit in fruſta, diuiſit minutatim. Leuitici 2. Diuidet eam minutatim. Inde פַּת id eſt, fruſtum ſiue minutū fragmentū, ſicut nos de pane buccellā dicimus. Gen. 18. Paruamq; buccellam panis. Iob 31. Et comedi buccellam meā. In plurali פִּתִּים Pſalmo 147:

פָּתַת & פָּתָה Inflexit, paralogizauit, male ſuaſit, decepit. Deuteron. 11.

Ne forte decipiatur cor uestrū: & Iob 31. Et lætatum est in abscondito cor meum: rectius, Et persuasum est in abscondito: & Prouerbiorum 20. Et dilatat labia sua ne cōmiscearis: pro quo rectius legitur, Et ad male suadentem labijs suis ne commiscearis: & Oseæ 7. Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor: id est, sicut columba illecta ad inescationem ignorat latentem pedicam, ita Ephraim male suasus nescit periculum. Inde homo simplex & persuasibilis qui facile decipit, dicitur פֶּתִי ut Prouerb. decimoquarto. Innocens credit omni uerbo, id est, flexilis siue puerilis homo. Vnde dicitur transumptiue Prouerbiorum primo. Vsq; quo paruuli diligitis infantiam: & Psalmo 116. Custodiēs paruulos dominus, sed ibi per aleph in medio scribitur, sicut in alijs multis locis, ut פְּתָיִים & פְּתָאִים Est etiā פֶּתִי & פְּתָיוּת puerilis stultitia: Prouerbiorum 1.

פִּתְאֹם Mox, confestim, statim: Numeri duodecimo. Statim locutus est dominus ad eum: & Malachiæ tertio. Et statim ueniet ad templum suum dominator.

פְּתִיגִיל Fascia pectoralis, seu stola muliebris: Isaiæ tertio. Et pro fascia pectorali cilicium.

פַּתְגָּם Verbum: Esther 1. Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiū: quod uerbum è uerbo sic uertitur. Et audietur uerbum regis quod faciendū est in omni regno eius. Magis autem ego putarem Syriacā linguam esse: crebro em̄ Onkelus pro דָּבָר hebraico פִּתְגָּם Syriacum traduxit, ut Deuteronomij primo. Hæc sunt uerba, & sic de alijs.

פִּתְשֶׁגֶן Exemplar, copia scriptura, summarium, instructio: Esther 3. Summa autem epistolarum hęc fuit.

פָּתָה Induxit, lactauit, affecit. Oseę 2. Propter hoc ecce lactabo eam, & est similе unumq; & idem cum priore uerbo.

פָּתַת Dilatauit: Genesis 9. Dilatet deus Iapheth.

פָּתַח Aperuit, incœpit: Psalmo 78. Et ianuas cœli aperuit. Sic 4. Regum 9. Aperiesq; ostium & fugies: & Iudicum tertio. Et uidentes quod nullus aperiret. Inde denominatur clauis מַפְתֵּחַ ut in eodem loco. Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominū suum. Inde פֶּתַח clausura uel claustrū. Micheę septimo. Custodi claustra oris tui: significat & פָּתַח soluere. Isaię 20. Solue saccum de lumbis tuis: & significat ostendere: Psalmo 37. Gladium euaginauerunt peccatores, id est, ostēderunt: sic Canticorum 7. Si flores fructum parturiunt, id est, si ostendant se uuę adhuc immaturę, & ab aperiendo dicitur פֶּתַח porta, ianua, ostium: Numeri decimo. Congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis: & scribitur sic prima per ſegol.

פָּתַל Subuertit, & secundum quosdam addidit, adiūxit, affixit: Genesis 30. Comparauit me dominus cum sorore mea: sed Nicolaus de Lyra ordinarius cōmentator nostrę biblię scripsit in hebręo sic haberi: Additiōe dei addita sum cum sorore mea: alij uero sic, Subuersione dei subuersa sum cum sorore mea: nondum enim erat comparanda cum sorore sua quæ ex se peperit tres filios, & soror tantum duos non ex se sed de serua: hoc certe uerbum quandam uersionem significat, ut Prouerborum octauo, non est in eis pra-

eis prauum quid neq; peruersum: sic Psalmo decimooctauo. Cum peruerso perueterris. פְּתִיל Filum duplicatum. Iudicū decimosexto. Quomodo si rumpat quis filum de stupa.

פֶּתֶן Serpens pessimus, aspis: Isaię undecimo. Et delectabitur infans super foramen aspidis: & Psalmo quinquagesimooctauo. Sicut aspidis surdæ: & pluraliter פְּתָנִים Iob uicesimo. Caput aspidum suget. מִפְתָּן Limen: Ezechielis 46. Et adorabit super limen portę

פְּתַע Fortuna, euentus, fatum: Numeri 6. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo: uerbum è uerbo sic, Et cum moreretur mortuus coram eo in euentu uel ex fato subito.

פָּתַר Soluit ænigmata & coniectauit somnia, exposuit arcana: Geneſis quadragesimo. Et non est qui interpretetur nobis. Inde פִּתָּרוֹן coniectatio, interpretatio: eiusdem quadragesimo. Iuxta interpretationem congruam sibi: & pluraliter in masculino. Nunquid non dei est interpretatio, rectius sic, dei sunt interpretationes.

יהי שם המשיח מבורך

צֵאל & in plurali צְאָלִים Arbustum seu cuiusdā uirgulti genus: nostra trāslatio uertit umbram: Iob 40. Sub umbra dormit in secreto calami & locis humentibus, id est, sub uirgulto dormit. Inde sequitur ibi, protegunt umbræ umbram eius, id est, protegunt uirgulta umbrā eius: & est antiphrasis, quia non est arbor tam alta quæ possit umbrā eius tegere.

צַב Tegimen, opertorium, tectū plur. צַבִּים Numeri 7. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus: quasi diceret, Sex plaustra quodlibet cum tegumento suo, & duodecim boues: & exponit Onkel. chaldaice: sex plaustra singulatim tecta: sed thargū Ieroſnlymitanū sic uertit, Sex plaustra bijuga, quasi dicat sex bigas iumentorum. Item est nomen cuiusdam animalis immundi quod nos crocodilū uocamus. Leuitici 11. Mustela & mus & crocodilus: alij nominant bufonem.

צָבָא Militauit in exercitu, exercitauit, belligerauit, pugnauit: ut Zacharię 14. Omnes gentes quæ pugnauerūt aduersus Ieruſalem. Et Numeri tricesimoprimo. Cumq; pugnassent contra Madianitas. Inde צָבָא pugna, exercitus, militia, ut eodem quo supra loco. Armate inquit ex uobis uiros ad pugnam: & Numeri primo. Omnes qui poterant ad bella procedere. Inuenitur autem quandoque aleph mutatum in he: ut Zachariæ nono. Et circumdabo domum meam ex ijs qui militant mihi. Inde militia. Isaiæ uicesimoquarto. In die illa uisitabit dominus super militiam cœli in excelso: & pluraliter declinatur in utroq; genere צְבָאוֹת & צְבָאִים In masculino Psalmo centesimo tertio. Benedicite domino omnes uirtutes eius. In fœm. genere Psalmo uicesimoquarto. Dominus uirtutum ipse est rex glotię. צְבָא Tempus statutum, terminus destinatus. Iob septimo. Militia est uita hominis super terram, quod secundum rabi Salomonē & cęteros Iudęos sic debet legi: nunquid tempus determinatum est homini super terram.

צָבָה Tumuit, intumuit, inflatū est, tumescendo crepuit. Numeri quinto. Et

tumẽs uterus tuus dirumpatur: & infra. Et utero tumeſcente putreſcat fœmur: & item in eodem. Et inflato uentre computreſcet fœmur.

צְבִי Hinnulus, capreolus ſeu caprea. Deuteronomij 14. Ceruum & capream: & Canticorum 4. Sicut duo hinnuli capreę gemelli: & eiuſdem 2. Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum, & recipit quandoq; aleph in medio loco iod צְבָאִים Canticorũ 3. Adiuro uos filię Ieruſalẽ per capreas ceruosq; camporum. צְבִי Præcipuum, iocundum, beneplacens, decorum & egregium. Ezechielis 20. Quę eſt egregia inter omnes terras: & iterum. Præcipuam terram omnium: & Iſaiæ 28. In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ: quod Ionathas chaldaice ita uertit, In tẽpore illo erit Meſſias domini exercituũ in coronam lętitię. Inde terra Iſraël eo nomine dicta eſt ſcilicet beneplacens, decora & deo prȩcipua: quare pro eo quod nos legimus Danielis 8. Et factũ eſt grande contra meridiem & contra orientem & contra fortitudinem, Magiſtri Hebrȩorum legunt contra meridiem & contra orientem & contra terram Iſraël, ad hoc allego rabi Leui Ben Gerſom in cõmentarijs ſuper Danielem qui ſic ſcribit. Et factum eſt grande contra meridiem, hoc eſt, regem Ægypti, & contra orientem, hoc eſt, terram Perſarum & contra terrã צְבִי hoc eſt, terram Iſraël, hęc ille.

צָבַט Apprehendit, congeſſit: Ruth 2. Et congeſſit polentam ſibi, id eſt, Boaz cõprehendit in menſa ex manipulis frugũ toſtarũ ſiue igne torrefactarum quę poſtea lixiuio coquunt: & appoſuit ei ſcilicet Moabithidi Ruth partẽ ſuam.

צָבַע Diſcolorauit. Inde צָבוּעַ diſcolor: Ieremiæ 12. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi: dicunt autem quod ſit auis inuiſa omnibus alijs auibus, quapropter ſemper ſanguinolenta eſt & reſperſa notis uulnerum. Inde exponitur illud quod legimus Iudicum 5. Veſtes diuerſorum colorum Siſſaræ traduntur, id eſt, exuuię ſanguinolentis notis reſperſę. Inde, אֶצְבַּע Digitus. Exodi 8. Digitus dei eſt hic: & Numeri 19. Et tingens digitum in ſanguine eius.

צָבַר Comportauit, coaceruauit. Iob 27. Si comportauerit quaſi terram argentum: ſic Habacuk 1. Et comportabit aggerem & capiet eam. Inde צְבוּר aceruus dicitur: 4. Regum 10. Ponite ea ad duos aceruos.

צְבָת Manipulus paruus: Ruth 2. Et de ueſtris quoq; manipulis proijcite.

צַד & צֵר Latus. Iſaiæ 60. Et filij tui de latere ſurgent: & Pſalmo 91. Cadent מִצִּדֶּךָ à latere tuo mille: & ponit in eis dages ad oſtendendam abiectionẽ alterius literæ daleth: & pluraliter צְדִים Exodi 25. Sex calami egredientur de lateribus eius, tres ex uno latere: & tres ex altero latere.

צָדָה Speculatus eſt, inſidiatus eſt. Exodi 21. Qui autem non eſt inſidiatus: & 1. Regum 24. Tu autem inſidiaris animæ meæ ut auferas eam, id eſt, ſpecularis ut auferas animam meam. Inde nomen צְדִיָּה Numeri 35. Vel iecerit quippiam in eum per inſidias. Ad illius formã eſt & aliud uerbum paſſiuum quod ſignificat deſolatum & deuaſtatum eſſe. Sophoniæ 3. נִצְדּוּ Deſolatę ſunt ciuitates eorum, id eſt, deuaſtatę ſunt.

צָדַק Iuſtificauit: Pſalmo 51. Vt iuſtificeris

stificeris in sermonibus tuis, id est, propterea iustificabis in sermonibus tuis: & transitiuum in tertium הִצְדִּיק Prouerb. 17. Et qui iustificat impium: & passiuum Psalmo 143. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Inde צַדִּיק iustus: Genesis 6. Noë uir iustus, & pluraliter: 3. Regum 2. Quia interfecit duos uiros iustos meliores seipso. Inde deriuatur & צְדָקָה atq; iustitia & iustificatio, & plura alia.

צָהַב Auricolorauit: Leuitici 13. Et capillus flauus solitoq; subtilior, pro & capillus auricolor, quasi à זָהָב id est, auro deductum sit.

צָהַל Iubilauit, hinniuit, exultauit, tripudiauit: Isaiæ duodecimo. Exulta & lauda habitatio Sion: & Esther octauo. Omnisq; ciuitas exultauit atq; lętata est, hebraice sic, Et ciuitas Susan exultauit & lætata est: & Isaiæ 24. Hinnient de mari, id est, de aquis.

צֹהַר Fenestra quæ accipit in domo lumen diei: Genesis 6. Fenestram in arca facies. Inde צָהֳרַיִם meridies cum sol in medio cœli effundit lumẽ: Genesis 43. Quoniã hodie mecum uiri comesturi sunt in meridie. יִצְהָר Oleum: 2. Paralip. 32. Apothecas quoq; frumenti uini & olei. Inde uerbũ quod significat oleũ in trapetis exprimere, quasi liceret dicere oleificare: Iob 24. Inter aceruos eorũ meridiati sunt, ubi translator respexit ad superius uocabulum: & Zachariæ 4. Isti sunt duo filij olei, id est, oleificationis, intelligunt, regalis unctionis.

צוֹאָה Sordidus, sordes: Isaię 28. Omnes eñ mensę repletę sunt uomitu sordiũ ita ut non esset locus ultra: & Zacharię 3. Iesus indutus erat uestibus sordidis.

צוּד Venatus est: Threnorum 3. Venatione cœperunt me inimici mei: & Genesis 27. Cumq; uenatu aliquid apprehenderis, & infra. Et ille abijsset in agrum ut iussionem patris impleret, quod rectius de uerbo ad uerbum sic legitur: Et Rebecca audiente sermonem Ishac ad Esau filium suum, abijt Esau in campum ad uenandum צַיִד uenationem ut afferret, & infra sequitur. Affer mihi de uenatione tua: & Genesis 10. Et erat robustus uenator coram domino. Inde per prothesin mem מְצוּדָה instrumentum quo capiuntur pisces siue sit hamus seu retiaculum aut fiscella. Ecclesiastis 9. Sed sicut pisces capiuntur hamo. Alio autem modo צֵדָה significat cibarium siue escam seu nutrimentum: Psalmo 78. Cibaria misit eis in abundantia.

צִוָּה Præcepit, mandauit, iussit, imperauit: Deuteronomij 6. Hæc sunt præcepta & cerimoniæ atq; iudicia quæ mandauit dominus deus uester ut docerem uos: & Deuteronomij 33. Legẽ prę-cepit nobis Moses, & Isaię 28. Manda remanda, manda remanda. Inde nomen מִצְוָה Prouerbiorum 7. Serua mandata mea & uiues.

צָוַח Clamauit. Isaiæ 42. De uertice montium clamabunt, uerius de capite montium: & eiusdem 24. Clamor erit super uino in plateis: & Ieremiæ decimoquarto. Clamor Ierusalem ascendit: hoc & omnia deriuata sua ut צְוָחָה significãt uociferationem doloris & luctus.

צוּלָה Profundum: Isaiæ 45. Qui dico profundo desolare: & Ionę 2. Et proiecisti me in profundum in corde maris, ibi enim cata protheſin recipit mem בִּ מְצוּלָה & Exodi 15. Descenderunt

in pro-

in profundum ſicut lapis, & cætera.

צום Ieiunauit: Iſaię 58. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti: & infra. Ecce in die ieiunij ueſtri ecce ad lites & contentiones ieiunatis, nolite ieiunare ſicut uſq; ad hanc diem & cętera: & uide coniugationē uerbi Eſther 4. ubi nos habemus, Et orate pro me: ueritas ſic legit, Et ieiunate pro me & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.

✻ צון Grex quorum cumq; pecorum & ouis: Ieremiæ 50. Grex perditus factus eſt populus meus, ubi hoc uocabulū ſcribit̄ per aleph צאן loco uau, quod & ſonat uocaliter, ſed alibi ſine aleph & ſine uau ſcribitur per ſyncopen: Pſalmo 9. Oues & boues uniuerſas. Fateor autē quod in fine adhæreat he aſpiratio lenis κατὰ παραγωγὴν ſed raro.

✻ צוף Alluit, inundauit: Threnorū 3. Inundauerūt aquę ſuper caput meum: & Ezechielis 32. Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui: inſuper montes & ualles implebuntur ex te, recte de uerbo ad uerbum ſic, & potare faciam terram inundationē tuam de ſanguine tuo ad mōtes. צוף Fauus: Prouerbiorum 16. Fauus mellis uerba compoſita: et Pſalmo 19. Et dulciora ſuper mel & fauum: ubi ponitur pluraliter.

✻ צוק Coartauit, anguſtiauit: Iob 32. Coartat me ſpiritus uteri mei: & Deuteronomij 28. In anguſtia & uaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus, haud multū abſimile eſt: Iob 28. Et lapis ſolutus calore in ęs uertitur, quaſi anguſtiatus in fornace, Eſt autem מיצוק anguſtia.

✻ צור Tyrus: Ieremiæ 47. Et diſſipabitur Tyrus & Sidon. צור Circumdedit, obſedit, oppugnauit, contra molitus eſt, inuaſit: Deuteronomij 20. Sin autem fœdus inire noluerit & cœperit contra te bellum oppugnabis eam: & Canticorum 8. Si oſtium eſt compingamus illud tabulis cedrinis, quod translatio noſtra fortaſſe ita uertit à forma, figura atq; pictura: ſed ſecundum proprietatem linguæ, ſicut ſolent in obſidione ciuitatis oſtia & portę muniri & circumdari, ita hic interpretandum eſt. Si porta ſeu ianua eſt muniamus illam tabulis cedrinis, uel ſecundum Nicolaum de Lyra fortificemus eam: ſic Pſalmo 60. Quis deducet me in ciuitatem munitam ſeu fortificatam, inde ab obſidione צרה id eſt, tribulatio. Zacharię 9. Et tranſibunt in maris freto, id eſt, in tribulatione & mœſticia: ſic eiuſdem 8. Neq; exeunti erat pax prę tribulatione: & Pſalmo 119. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: & 1. Regum 28. Coartor nimis, pro quo rectius ſic, Anguſtia mihi ualde. צור Incluſit, ligauit, innodauit: Deuteronomij 14. Et in precium rediges portabiſq; manu tua & proficiſceris ad locū: quod uerbum è uerbo ſic legitur, Et dabis in pecunia & ligabis ſeu includes argentū in manu tua, & proficiſceris ad locum: ſic 4. Regum 5. Ligauitq; duo talenta in duobus ſaccis. צור Petra, ſilex, lapis: Exodi 17. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petrā Horeb, percuties q; petram: & pluraliter צורים in maſculino Nahum 1. Et petræ diſſolutæ ſunt ab eo: & pluraliter in fœminino. Iob 28. In petris riuus excidit. Inde denominatur fortis & fortitudo. Iſaiæ 26. Speraſti in domino in ſeculis æternis in domino deo forti in perpetuum: & 1. Regum 2. Et non eſt fortis ſicut deus noſter: צר Luna tranſumptiue dicitur:

tur: Isaiæ 5. Et ecce tenebræ tribulationis & lux obtenebrata est in caligine eius, quod Hebræi sic legunt, & ecce tenebra lunæ & sol obtenebratus est in caligine eius. צִיר Acies, acumen: Psalmo 89. Auertisti adiutoriū gladij eius, quod rectius sic uertit: Retorsisti seu retudisti aciem gladij eius.

✻ צָרַר Formauit, finxit, fecit: Exodi 32. Formauitq; opere fusorio: & Isaię 43. Creans te Iacob formans te Israël. Inde philosophi Hebræorum denomināt formam, ut est apud Mosen Ægyptium libri perplexorum uolumine secundo capite primo.

✻ צַוָּאר Collum: Geneseos 41. Et collo torquē auream circunposuit: & eiusdē 45. Stringensq; collum eius: quia uero collum mouetur hinc & inde ad partem dexteram & sinistram, ideo de uno homine sæpe loquimur hoc nomen pluraliter צַוָּארִים ut Geneseos 45. Cumq; amplexatus recidisset in collū Beniamin: & infra. Illo quoque similiter flente super collum eius: ubi collum ponitur pluraliter. Assumit quandoq; nun literā & perdit aleph: ut Canticorum 4. צַוָּארֹנֵיךְ & in uno crine colli tui. צִיָּחָה Siccitas seu ariditas. Ezechielis 24. Super limpidissimam petram effudit illum, & infra. Dedi sanguinem eius super petram limpidissimā ne operiretur: ubiq; ueritas habet, super siccam petram & inaquosam atq; aridā: sic Isaiæ 5. Et multitudo eius siti exaruit.

צָח Canduit, nituit: Threnorum 4. Nitidiores lacte: & Canticorum quinto. Dilectus meus cādidus & rubicūdus, & in fœminino pluraliter significat uerba tersa polita & nitida.

✻ צָחֲנָה Putredo: Ioēlis 2. Et ascēdet putredo eius quia superbe egit.

✻ צָחַק Lusit, risit: Geneseos 8. Quo audito Sara risit, & infra. Quare risit Sara, & infra: Negauit Sara dicens non risi: & Exodi 32. Et surrexerunt ludere. Hinc nomen צְחֹק risus. צָחֹר Nitidus, splēdens: Iudicum quinto. Qui ascenditis super nitentes asinos.

✻ צִי Nauis: Isaiæ 33. Non transibit super eum nauis remigum: & pluraliter Numeri 24. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios uastabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt: ubi uelim acriter animaduertas chaldaicam translationē, quæ uult quod Romanenses cruciabūt Hebræos, & tandem ipsi quoq; peribunt: & Isaiæ 34. Et occurrent onocentauris, nescio quare ita transtulit nostra interpretatio, sed proprietas linguæ sic habet: Et apprehēdent naues insulas. Significat & solitudinem & siccitatem, secundum præceptorem meum Iehielem. Psalmo 74.

צִיּוֹן Signum, titulus, monumentū: Ezechielis tricesimonono. Statuēt iuxta illud titulum donec sepeliant polinctores: & significat siccitatem prima per camez scripta. Isaiæ 25. Sicut æstus in siti siue etiam in uastitate.

✻ צִיץ Floruit: Ezechielis 7. Floruit uirga, germinabit superbia: & Psalmo 72. Et florebunt de ciuitate sicut fœnum: & Numeri decimoseptimo. Et turgentibus gemmis eruperant flores: quod rectius de uerbo ad uerbum sic legitur, Et ecce germinauit uirga Aaron domus Leui, & productum erat folium & floruit flos: omnia autem illa secūdum proprietatem linguæ Hebraicæ significant eminentiam & euidentiam turgescentium

tium nodorum in arboribus producenti um primo flores deinde fructus. Vnde transumptiue euidere, prospicere & emi nere significat: ut Canticorum 2. Prospi ciēs per cancellos: sic Psalmo 132. Super ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea, id est, apparebit uel eminebit corona sua.

צִיץ Frontale, lamina aurea: Exodi 28. Facies & laminam de auro purissi mo. צִיצִית Ala uestis seu fimbria. Numeri 15. Vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum.

✻ צִיר Legatus, orator, ambassator: ut in Abdia. Et legatum ad gentes misit.

צִירָה Cardo in quo ianua uoluitur. Prouerbiorum 26. Sicut ostium uertitur in cardine.

✻ צִירַ֫ת Exussit, succendit, combus sit: Isaiæ 27. Succendam eam pariter an potius tenebo fortitudinem meam.

✻ צָלַל Tremuit: Habacuk 3. A uo ce tremuerunt labia mea: & 4. Regū 21. Vt quicumq; audierit tinniant ambę au res eius, id est, tremant, sicut solet æs pul sum tremere. Inde מְצִלוֹת tintinnabu la & nolæ trementes quæ feruntur orna menti loco. Zachariæ 14. In die illa erit quod super frenum equi est sanctum do mino. Inde dicuntur צְלְצָלִים cymbala: Psalmo 150. Laudate eum in cymbalis benesonantibus laudate eum in cymba lis iubilationis, per geminationē primæ syllabę: & significat uitium frugū quod dicunt rubiginem, Deuteronomij 28. Fruges terræ tuę rubigo cōsumet: aliqui putant esse uermis genus.

✻ צְלָצַל Fiscella in qua capiuntur pi sces, Iob 40. Et gurgustium piscium ca put illius. צָלַל Occidit, submersus est: Exodi 25. Submersi sunt quasi plum bum in aquis uehementibus. צֵל Vm bra: Psalmo 144. Dies eius sicut umbra prætereunt: recte sic, Dies eius sicut um bra transiens: & Ieremię 6. quia longio res factę sunt umbrę uesperi.

✻ צָלַח Assauit, quod translatio no stra coxit interpretatur: Isaię 44. Coxit pulmentum & saturatus est: rectius sic, Assauit assaturam: & Exodi 12. Edent car nes tantum assas igne. Hinc צָלִי assatu ra, ibidem.

✻ צָלַח Prosperatus est: Ieremię 12. Quare uia impiorū prosperatur: & Psal mo 1. Et omnia quęcumq; faciet semper prosperabuntur: & 1. Paralippomenon 22. Sit dominus tecum & prosperare: & Psalmo 118. O domine bene prosperare. Inde aliud uerbum quod non longe di stat ab isto in significatione, significat e nim transire cum prosperitate: ut 2. Re gum 19. Et irrumpentes Iordanem ante regem trāsierunt uada. צְלוֹחִית Phi ala, uas aquarium, quod aliqui gutturnū uocant: 4. Regum 2. Afferte mihi uas nouum. צַלַּחַת Caldare calidum, uel secundum translationem nostram ascel la: Prouerbiorū 19. Abscondit piger ma num suam sub ascella: quidam exponunt scutellam siue patellā, sed multi Hebręo rum docti transferunt sinum, quod asti pulatur nostrę translationi.

✻ צֶלֶם Imago: Genesis 1. Ad ima ginem dei creauit illum: & scribitur sex punctis: & Psalmo 39. In imagine pertrā sit homo: & Genesis 1. Ad imaginem & similitudinem nostram: de quo plene ra bi Salomon Ægyptius in libri perplexo rum uolumine primo & capite primo.

✻ צַלְמָוֶת Tenebrositas, obscuritas: translatio nostra quasi duo essent uoca

bula

bula traduxit umbram mortis: Iob 12. Qui producit in lucem umbrā mortis.

✻ צֵלָע Costa, latus: Genesis 2. Et ędificauit dñs deus costam quam tulerat de Adam: & pluraliter ibidem. Tulit unam de costis eius: & quia costę animalis in utroq; latere sunt, ideo significat latus dexterum uel sinistrū: Exodi 26. Et contra mensuram candelabrū in latere tabernaculi meridiano. צָלַע Claudicauit: Genesis 32. Ipse uero claudicabat pede. Inde צֶלַע fractura utpote cū quis crus fregit: Psalmo 38. Ego autem in flagella paratus sum. Hieron. ad plagas, Hebræi ad destructionem & fracturam.

✻ צְמָה Fascia cui comam siue cincinnos innectimus. Canticorum 4. Absque eo quod intrinsecus latet: & Isaiæ 47. Denuda turpitudinē tuam, pro quo rectius, Aperi ligaturam tuam.

✻ צָמָא Sitiuit: Isaiæ 48. Non sitierūt in deserto cum educeret eos: & Exodi 17. Sitiuit ergo ibi populus propter aquę penuriam. Inde צָמָא sitis, ut ibidem. Vt occideres nos & liberos nostros ac iumēta nostra siti.

✻ צָמַד Adhęsit: translatio nostra traduxit initiari: Num. 25. Initiatusq; est Israēl Beelpheor: & infra. Qui initiati sunt Beelpheor: & Num. 19. Vas quod nō habuerit operculū nec ligaturam desuper. Inde צֶמֶד par uel bini: 3. Regum 19. Tulit par boum & mactauit illud, quod scribitur sex punctis. Inde צְמִידִים armillę, Genesis 24. Cumq; uidisset inaures & armillas.

✻ צָמַח Pullulauit, germinauit: Genesis 2. Omnemq; herbā regionis priusquā germinaret: & eiusdē 41. Alię quoq; spicę totidem tenues & percussę uredine oriebantur, id est, pullulabant. Significat & crescere & nasci, etiam si de pilis coma crinibus barba ue dicatur: 2. Regum 10. Manete in Iereho donec crescat barba uestra. Inde nomen צֶמַח germen: Isaię 4. In die illa erit germen domini in magnificentia. Omnia talia significabunt tibi crescentias sicut Genesis 3. Spinas & tribulos germinabit tibi.

✻ צָמַק Aruit: Oseę 9. Vuluā sine liberis & ubera arētia. Inde צִמּוּקִים uuę siccę quas uocamus passas sic dicuntur: 1. Regum 25. Centum ligaturas uuę passę.

✻ צֶמֶר Lana: Prouerbiorū 31. Quæsiuit lanam & linum: & Ezechielis 27. In lanis coloris optimi, rectius sic, Et lanam candidam.

✻ צְמִתָּה Ad internetionem perduxit: Threnorum tertio. Lapsa est in lacum uita mea: & eius passiuū legitur Iob sexto. Tempore quo fuerint dissipati peribunt: & Psalmo 88. Terrores tui conturbauerunt me, pro quo Hieronymus oppresserunt me, & 2. Regum 22. Odientes me & disperdam eos.

✻ צִנָּה Frigus: Prouerbiorum 25. Sicut frigus niuis in die messis. Significat tali uocabulo hasta, scutū, lancea, sudes, & eiuscemodi defensacula, ut est & lorica: 3. Reg. 10. Fecit rex Salomon centū scuta de auro purissimo: & Numeri 33. Et lanceæ in lateribus. Hebræi uertunt spinam seu spiculum: & Iosuæ 23. Et sudes in oculis uestris.

✻ צְנָצֶנֶת Phiala, gutturnum, uas testaceum seu terreum siue uitreum, cui uēter latus & orificium strictum: quod Onkelus chaldaice nominat צְלוּחִית gutturnum. Exodi 16. Sume uas unum & mitte ibi man.

✻ צָנַח Descendit, declinat, quasi cū aliquis ab equo uult descēdere: Iudicum quarto. Percussumq; malleo defixit in cerebrum usq; ad terram: uerius sic, Et fecit descendere in terram.

✻ צָנַע Humiliauit & absconso sedit: Prouerbiorū undecimo. Vbi autem est humilitas ibi & sapientia.

✻ צָנַף Amiciuit, circumuoluit, induit: Leuitici 16. Cidarim lineam ponet capiti, ubi habes ab eo nomē מִצְנֶפֶת cidarim quam nos tiaram, uittam, uel potius tæniam seu fasciam capitalem nominamus: & Ezechielis 21. Aufer cidarim tolle coronam, sic hactenus per præpositionē mem cōsonantis cum litera terminali thau. Reperitur & in eodē significato absq; eisdem literis צָנִיף ut Zachariæ tertio. Ponite cidarim mundam super caput eius, & posuerunt cidarim super caput eius mundam.

✻ צִינוֹק Compedes, pedicæ, uinculum, carcer: Ieremiæ 29. Vt mittas eum in neruum & in carcerem.

✻ צִנּוֹר Fistula canalis per quam de tecto domorum deriuatur aqua in castellum, quam alij cataractam alij impluuium uocant: Psalmo 42. In uoce cataractarum tuarum.

✻ צִנְתֵּר Emunctorium, canale narium, id quod græce secundū Hieronymū μυξωτήρ dicitur, scilicet uia per quā superfluitas capitis defluit, secundum Suidam græcū, ut sunt narium rostra, quare translatio nostra sic uertit Zachariæ 4. Quæ sunt iuxta duo rostra aurea.

✻ צָעַץ Artifex metallarius, ductor æris, statuarius: secundo Paralippomenon tertio. Cherubin duos opere statuario, pro, statuariorum.

✻ צָעַר Incessit & quasi passizauit, gressus est: Prouerbiorum 30. Tria sunt quę bene gradiunt: & Genesis 49. Filiæ discurrerunt per murū, id est, incedebāt: & ut sit cōgrua locutio hebraice, intelligitur sic: Filiarū quęq; incedebat. Est enim uerbum singularis numeri. Et Habacuk 3. In fremitu conculcabis terram. Inde uenit צַעַר incessus atq; gressus: ut Psalmo 18. dilatasti gressus meos subtus me. Inuenitur autē cum aleph in principio & he in fine אֲצַעֲרָה significatq; secundum nostrā translationē perisceliden. Numeri 31. Perisceles & armillas ἀπὸ τοῦ σκέλος id est, circum & σκέλος crus quasi circū crura tibiale ornamentū. Scribit Suidas esse fœminalia. Rabi Dauid Kimhi uocabulum hoc exponit de ornamento brachij, quasi incedens super brachium. Affirmat tamen quod idem sit cum eo quod de tibia uergit ad pedem, sed primū cum aleph, secundum uero sine aleph scriptū inueniri.

✻ צָעָה Discurrit, uagatus est de loco ad locum: Ieremiæ secūdo. Sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrix, id est, discurristi. Cui alludit Virgilius. Et fugit ad salices & se cupit ante uideri. Et Ieremię 48. Et mittam ei stratores & sternent eum.

✻ צָעַן Dimouit, transtulit: Isaię trigesimotertio. Tabernaculum quod nequaquam transferre poterit.

✻ צָעִיף Vestis muliebris, peplum. Translatio nostra uertit theristrū: Geneseos 38. Quę depositis uiduitatis uestibus assumpsit theristrū. Est autem theristrum sicut scribit Suidas uestis æstiua. Et dicitur etiā theristrion. Rectius trāslatio dixisset calyptrā, hoc est, linteū quo mulieres caput

caput uelant. Textus enim hebraice sic legitur de uerbo ad uerbū: Et remouit uestimenta uiduitatis & tecta est calyptra, sindone siue peplo.

צָעַק Clamauit: Threnorū 2. Clamauit cor eorum ad dominū: & Psalmo 107. Et clamauerunt ad dominū cum tribularētur. Inde nomen צְעָקָה clamor: Geneseos 27. Et rugiuit clamore magno. Rectius sic, Et clamauit clamore magno. Idem significat quod per zain scriptū.

צָעַר Paruifecit, minorauit: Iob 14. Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligit. Quod hebraice sic legitur, honorantur filij eius & nō cognoscit. Minorant & non prouidet eis. Inde מִצְעָר Iunior, modicus, minor, paruus: Iob 8. Vt si priora tua fuerint parua: Rectius sic, Et erit principiū tuum paruū seu modicū. Et sine mem צָעִיר ut Micheæ 5. Et tu Bethlehem Effratha, paruulus es in millibus Iuda: Et Iob 32. Iunior sum tēpore. Et deriuata similia.

צָפַצָה Garriuit, mussitauit, ganniuit, suggessit: Iob 29. Et de humo eloquium tuum mussitabit: & Isaię 10. Et nō erat qui moueret pennam & aperiret os & ganniret pro garriret. צִפְצָפָה Salicis species, translatio nostra uertit superficiem: Ezechielis decimoseptimo. In superficie posuit illud.

צָפַר Adhęsit: Threnorum quarto. Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.

צָפָה Speculator, contemplator: Ezechielis 3. Speculatorē dedi te domui Israēl, id est, episcopum. Inde uerbū צָפָה Psalmo 5. Mane astabo tibi & uidebo, pro quo rectius Hieron. de hebraica ueritate. Mane pręparabor ad te & cōtemplabor, sic Nahum 2. Contēplare uiam, significat & מִצְפֶּה locum unde à longe uidetur quam nos dicimus speculā, ut est in libris Samuelis. צָפָה & צִפָּה Obduxit: Exodi 25. Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: rectius sic, Et obduces eam auro puro: sic & eiusdē 38. Quas & ipsas uestiuit argento, id est, obduxit.

צַפַּחַת Cantharus, cymbiū, scyphus, patera, uasculū: 1. Regum 26. Tulit igitur Dauid hastam & scyphum aquæ צַפִּיחִית Saccharū, uel secundū alios conspersa farina: Exodi 16. Gustusq; eius quasi similę cum melle, hebraice sic, Et sapor eius sicut saccharū in melle, alij sicut pasta melle condita: & ita uidetur rabi Salomon intellligere.

צָפוֹן Aquilo: Canticorū 4. Surge aquilo & ueni auster: græce aūt borrhas, quod nos dicimus boreas. צָפַן Recōdit, seruauit: Canticorū 7. Noua & uetera dilecte mi seruaui tibi: & Psalmo 31. Quam abscondisti timentibus te, id est, reseruasti: & Iob 14. Quis tribuat mihi ut in inferno ptegas me, id est, reserues me. Inde צָפוּן absconditū & arcanum siue reconditū: Ezechielis 7. Et uiolabunt arcanum meum.

צֶפַע Aspis, uel aliud genus simile: Isaię 14. De radice enim colubri egredietur regulus, & scribit per ségol in principio: & Prouerb. 23. Mordebit ut coluber & sicut regulus uenena diffundet, inde uenit צְפָעוֹנִי Aspis: Isaię 59. Oua aspidis ruperūt. צֵפִי Stercus, fimus, excrementum, fœditas: Ezechielis 4. Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis, & per paragogen he fœminini generis significat progeniem atq;

liberos filios siue nepotes.

צָפַר Reuersus est,,redijt,abijt di luculo,Iudicum septimo.Qui formidulo sus & timidus est reuertatur. צְפִירָה Mitra regalis,diadema, corona,sertum: Isaiæ 28. Corona gloriæ & sertum exultationis. צִפּוֹר Nomen generale omnium auicularum, licet translatio nostra sępe uertat passerē: Leuitici decimoquarto. Tinget in sanguine passeris imolati: & paulo superius pluraliter ut offerat duos passeres uiuos: & Ezechielis tricesimonono. Feris auibus omniq; uolatili cœli, & bestijs terræ dedi te ad deuorandum. צְפִיר Hircus: Danielis octauo. Ecce autem hircus caprarum ueniebat. Et paulo posterius: hircus autem caprarū magnus factus est nimis.

צִפֳּרֶן Vnguis: Deuteron. 21. Et circumcide ungues eius.

צֶפֶת Bulla siue nodus orbicularis: secundo Paralippomenon tertio. Porro capita earum quinq; cubitorum, rectius sic hebraice: nodus siue orbis qui super caput eius cubitorum quinq;.

צִקְלוֹן Tegumentum, uestimentum, inuolucrū, uel illud in quod aliquid reconditur, quod græci thecas appellāt: 4. Regum 4. & frumētum nouum in pera sua: alij in ueste sua, qui mouentur ex translatione chaldaica quæ dicit. Et fruges in ueste sua, quod alij intelligūt in siliquis suis atq; folliculis, ut solet hordeū in spicis delitescere.

צָרַר Turbauit, lacessiuit, tribulauit, aduersatus est: Num. 33. Et aduersabuntur uobis in terra habitationis uestrę. Inde multa deriuata, sicut illud Psalmo 118. De tribulatione inuocaui dominum: sic Psalmo 116. Pericula inferni inuenerunt me, tribulationem & dolorem inueni.

צָרַר Colligauit: Prouerbiorū tricesimo. Quis colligauit aquas quasi in uestimento. Inde צְרוֹר colligatura rerum quę appellatur fasciculus: ut Canticorū primo. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi: sic Prouerbiorum septimo. Sacculum pecunię secum tulit. צְרוֹר Puluis frumenti cadens simul cum furfulis seu quisquilijs in triturando uel cribrando: Amos nono. Sicut concutitur triticum in cribro & non cadet lapillus super terram: & sic pro scrupis lapillorum sumitur.

צָרַב Combussit: Ezechielis uicesimo. Et comburetur in ea omnis facies. Inde צָרֶבֶת cicatrix combustionis dicitur. Leuitici decimotertio. Quia cicatrix est combusturę.

צֳרִי Resina: Genesis 43. Modicū resinę & mellis & storacis: & Ezechielis uicesimoseptimo. Et mel & oleum & resinam: est autem suffumigationibus aptum electrum secundum magistros Hebręorum, de quo dixit raban Simeon filius Gamaliēlis, quod stillat de ligno inciso, & appellatur balsamum.

צָרַח Alte clamauit: Sophoniæ 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, pro quo Septuaginta, uox diei dñi amara & dura, sed Iudęi exponunt: uox diei domini amara, alte clamat, illic robustus. Inde locus altus dicitur צְרִיחַ qui de longe uideri possit: & præterea turris excelsa eo nomine appellat, quod ab apparentia & longinqua uisione translatio nostra phanum nominauit: Iud. 9. Ingressi sunt phanū dei sui Berith, sed rectius dicit alta turris alicuius fortalicij eo quod speculator in ea soleat alte clamare: secundum

ſecundū Ioſeph Kimhi qui fuit duorum nobiliſſimorum grammaticorum pater ſcilicet Dauidis & Moſi.

צָרַךְ Oportuit, neceſſarium fuit: 2. Paralip. 2. Nos autem cedemus ligna de libano quot neceſſaria habueris, & ſic ſępe intelligitur ſcilicet quibuſcumq; indiges. Inde צָרִיךְ neceſſarius & צְרִיךְ neceſſitas.

צָרַע Fuit leproſus: Leuitici 22. Homo de ſemine Aaron qui fuerit leproſus aut patiens fluxū ſeminis, & per præpoſitionem mem מִצָּרַע 2. Regum 5. Nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens & leproſus: & cum litera finali fœminini generis thau: מְצֹרַעַת Exodi 4. Protulit leproſam inſtar niuis. Inde nomen צָרַעַת lepra: Leuitici 13. Plaga lepræ ſi fuerit in homine. צְרָעָה Nomen reptilis & alati, uiſu ſuo homines interficientis: ſic ſcribit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus, trāslatio noſtra uertit crabrones: Exodi 23. Emittens crabrones prius qui fugabunt Euæum & Cananæum.

צָרַף Sublimauit, purgauit metalla: Ieremiæ 6. Fruſtra conflauit cōflator, id eſt, ſublimauit metalla. Inde צוֹרֵף aurifaber ſeu argentifaber, conflator aurifer: Iudicum 17. Et dedit eos argentario ut faceret ex eis ſculptile, & Iſaię 40. Aut aurifex auro figurabit illud & laminis argenteis argentarius. Inde nomen uerbale צְרוּפָה Pſalmo 18. Eloquia domini igne examinata, hebraice ſic, Sermo domini purgatus & excoctus, ſcilicet ſicut metallarius aurum ſublimat: omnia deriuata ſignificant probationem, expurgationem & ſoliditatem atq; firmitudinem.

צָרְפַת Gallia quæ nunc Francia dicitur. Ab dię ultimo. Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſraël quæ Cananęorum uſq; ad Sareptam. Eſt autem Sarepta ciuitas Sidoniorum: 3. Regum 17. Surge & uade in Sareptam Sidoniorum, ſed tunc ſcribitur per he aſpirationem finalem. In Abdię autem citato loco ſcribitur ſine he, & ſignificat Franciā occidentalem ſecundum rabi Salomonem & Lyram noſtrum, & enumerat ſignificatum huius uocabuli rabi Dauid Hiſpanus inter regna ſeu regiones occidētales prope Alemaniam cum ſua interpretatione dicens: Zarphath quod eſt Francia, & ſic eſt omnibus Iudæis uſus loquendi.

צְפַרְדֵּעַ Rana: Exodi 8. Et extendit Aaron manū ſuper aquas Ægypti & aſcēderunt ranę: uerius ſic, & aſcendit rana, in ſingulari numero: & pluraliter pauło ſuperius. Et educ ranas ſuper terram Ægypti.

יהי שם יהוה מבורך

קָאָה Vomuit, expuit: Leuitici 18. Ne & uos ſimiliter euomat cum paria feceritis ſicut euomuit gētem quę fuit ante uos. Inuenitur autem quandoq; aleph mutari in iod קִיא Ieremię 25. Bibite & inebriamini & uomite & cadite.

קָאַת Auis immundę proprium nomen, quam alij onocrotalum, alij pelicanum, alij monędulam, alij aliter nominant: Leuitici 11. Onocrotalum & Porphyrionem: & Pſalmo 102. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: quod ita recte dici putat Hieronymus. Nam ita de ueritate hebraica traduxit: Aſſimilatus ſum pelicano deſerti: ſed rurſus onocrotalum

traduxit: Sophonię 2. Et onocrotalus & ericius.

* סָב Cabus: 4. Regum 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarū quinq; argenteis. Est autē cabus secundū Suidam græcum, mensura frumentaria.

* סָבַב Imprecatus est, maledixit: Numeri 22. Veni & maledic ei, id est, imprecare: & infra. Veni & maledic populo isti, & eiusdem 23. quomodo maledicam cui non maledixit deus: deficit autē beth alterum & reponitur dages in signū defectus, & eo loci multus est huius uerbi usus: & Iob 3. Maledicant ei qui maledicunt diei.

* סֵבָה Stomachus, uētriculus: Deuteronomij 18. Dabunt sacerdoti armum ac uentriculum, siue intestinum seu stomachum. סֹבָה Prostibulum, lupanar, taberna, uel domuncula meretricū: Numeri 25. Ingressus est post uirum Israëlitem in lupanar.

* סִבֵּל Suscepit, recepit, accepit, acceptauit, elegit: Esther 4. Quam accipere noluit: & eiusdē 9. Susceperuntq; Iudæi: & Prouerbiorū 19. Audi consilium & suscipe disciplinam: & 1. Paralip. 21. Elige quod uolueris, rectius sic, accepta tibi. Inde dicitur cabala, id est, receptio secundū rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus, ex quo nostri arcanorum indagatores artem cabalisticā nominant scientiam receptionis, eo quod per successiuā receptionem unius ab altero ad nos usq; sit deriuata, sicut clare ostendit nobilissimus ætate nostra philosophus Ioānes Picus comes sacri Romani imperij Mirandulanus & Cōcordię dominus, in sua apologia contra & aduersus calūniatores suarum conclusionum, quęstione quinta: ex qua quidem arte multi putant arcanas operationes oriri. Fuit autem nulla unquam arcanorum operatio, quę non aliquando ab alijs bona & ab alijs mala diceretur, præsertim ignorantibus. Sic Pharaonis magici uirgam Mosi contēpserunt, sic Christi miracula Pharisæi criminati sunt: unde non est mirum si græcorum antiquitas quę ad tātam cabalisticæ scientię perfectionem uenire nunquam potuit cernendo arcanas operationes, inde nasci artem ipsam nominarunt deceptoriam, ut est apud Aristophanem in comœdia ranarum, ubi Hercules loquitur ἢ μὴν κόβαλλάγεσιν ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ sed deo adiuuante hac ipsa de arte post hāc eos faciemus certiores quos experiemur legendis nostris in lingua hebraica sudare. סָבֵל Vicissim, pro: Ezræ 4. Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus: uerbum de uerbo sic, Pro omni igitur uicissitudine salis palatij quem dissipauimus: & infra. Si ciuitas illa ędificata fuerit & muri ipsius instaurati, possessionem transfluuium non habebis, rectius sic, Pro uice illa, portio trans fluuium non erit tibi.

* סָבַע Rapuit, corripuit, concussit, extorsit, iniuriam uel uim fecit. Malachiæ 3. Si affiget homo deum quia uos configitis me, & dixistis, in quo configimus te, quod Septuag. interpretati sunt si supplantat. Aquila, Symmachus & Theodotion posuerunt si fraudat: Chaldaica translatio Ionathę habet, si depopulatur uir coram iudice: communis Iudæorum expositio secundum Lyram nostrum, si uiolentabit homo deum quia uos uiolentatis me: loquitur enim scriptura de deo sicut de homine cuius bona per uiolentiam capiuntur; omnia eius deriuata rapinam

nam, uiolentiam & iniuriam significāt.

קֶבַע Galea, armatura capitis: primo Regum decimoseptimo. Et imposuit galeam æream super caput eius, ubi in quibusdam impressis libris hoc uocabulum per caph scriptum reperitur, sed in antiquissimis uoluminibus per kuph scribitur: habeo enim plurimorū annorum uolumina, in quibus hoc in loco per kuf hoc uocabulum scribitur, attamē in uno ex ijsdem uetustissimo adiuncta est notula quam Hebræi massarah, græci scholion appellant, quę dicit breuiter sic: non per kuf cæteri sed per caph: unde puto iuniores esse motos ut per caph imprimerent etiam hoc in loco, sed & in Ezechiele ponitur per kuf. Ezechielis uicesimotertio. Lorica & clypeo & galea armabūtur contra te undiq: præter hos duos locos inuenies in alijs per caph scriptum, & licet scriptura diuersa tamen idem significatum est.

Munst. Sunt caph & kuph literæ eiusdem prolationis, ideo facile una commutatur in aliam.

קְבָעַת Fex, translatio nostra traduxit fundum uasis: Isaię 51. Vsq; ad fundū calicis soporis bibisti: & infra. Fundum calicis indignationis meæ, id est, fecem secundum Dauid Hispanum. קָבַץ Coadunauit, collegit, congregauit, multiplicauit: Genesis 41. pro eo qđ nos legimus, & in manipulos redactę segetes, congregatæ sunt in horrea Ægypti, ueritas hebraica sic habet, Et collegit omnē escam septem annorum quæ fuerunt in terra Ægypti: sic Ioēlis secundo. Coadunate senes. Hinc קִבּוּץ congregatio.

✻ קָבַר Humauit, sepeliuit: Genesis uicesimotertio. Atq; ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam: & Genes. 49. Sepelite me cum patribus meis, & infra. Ibi sepelierunt eum & Saram uxorē eius: & Deuteronomij triceſimoquarto, & sepeliuit eum in ualle terrę Moab. Inde nomen קֶבֶר sepulchrū in eodem loco paulo inferius. Et non cognouit homo sepulchrum eius.

✻ קָרַר Inclinauit: primo Regum uicesimoquarto. Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit: & Genesis uicesimoquarto. Inclinauit se homo & adorauit dominum. Significat igitur uerticem capitis humi demittere, unde duplicatū significat uerticem קָרְקֹר Deuteronomij 33. Et super uerticem nazaræi inter fratres suos.

✻ קָרַח Accendit, succendit, ferbuit, arsit, ussit: Deuteron. 32. Ignis succensus est in furore meo: sic Ieremiæ 15. Quia ignis succensus est in furore meo. Inde dicta est febris קַדַּחַת à feruore. Deuteronomij 28. Percutiet te dominus ægestate febre & frigore. Significat & sacrum ignem & carbunculum &c.

✻ קֶדֶם Anterius, prius, ante: Isaiæ 23. Quę gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua, rectius sic, A diebus antè, prioritas eius. Quia uero orientalis plaga dicitur anterior sicut occidentalis posterior, iccirco pro oriente accipitur, ut Numeri 23. De montibus orientis: sic uenti dicuntur orientales. Exodi 14. Flante uento uehementi: rectius sic, uento orientali & etiam pro æternitate quę anterior omnibus est: sic Deuteronomij 33. De uertice collium æternorum. Hoc etiam nomine prisci atq; maiores nostri ueteresq; appellātur: Psalmo 77. Cogitaui dies antiquos: & Mich. ultimo. A die-

bus antiquis. Inde uerbum oritur קָדַם anteponere seu proponere, siue prꝙuenire aut anteſtare: quod trãslatio noſtra offerre traduxit. Micheæ 6. Quid dignum offeram domino: rectius ſic, In quo anteſtabo ſeu quid præſtabo dñe: & ſic alia multa inde deriuata.

✻ קָדַר Tenebreſcebat, obtenebrauit, denigratum ſeu obfuſcatum eſt: Micheę 3. Et obtenebrabit ſupꝙ eos dies: & Ierem. 4. Lugebit terra & mœrebũt cœli: rectius ſic, & obfuſcabũt ſeu tenebreſcẽt cœli. Similiter Ioëlis 2. Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſic tranſumptiue ſignificat humilitatem & depreſſionem, mœrorẽ ſiue triſticiam, quia qui talia patiuntur, amittunt colorem lucidũ & denigrant: ut Iob 30. Mœrens incedebam ſine furore.

✻ קָדַשׁ Iniciauit, conſecrauit, ſanctificauit: Exodi 29. Cõſecratisꝙ ipſis & ueſtibus: & eiuſdem 20. Benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illum: & Exodi 13. Sanctifica mihi omne primogenitum. Quia uero id quod eſt conſecratum ſeu ſanctificatum ſeparatur ab uſu & cõmertio uulgi, ideo etiam nominantur ſeparata & immunda & polluta hoc modo: ut Haggæi 2. Si tulerit homo carnẽ ſanctificatam in ora ueſtimenti ſui, id eſt: profanatam & pollutam. Sic apud latinos hæc dictio ſacrum ſignificat ſanctum & etiam execratum atqꝙ abiectum, ut Virgilius. Auri ſacra fames. Inde מִקְדָּשׁ ſanctuarium, ſanctificatio, ſanctum &c. ſignificat item preſens uocabulum celebrare, feſtiuare, inſtruere, inſtituere & ſolennizare. Ieremię 6. Sanctificate ſuper eam bellũ, id eſt, inſtituite ſeu inſtruite. Hinc קָדוֹשׁ ſanctus, & קֹדֶשׁ ſanctitas.

קָדֵשׁ Scortator, fornicator, meretricator: Deuteronomij 25. Non erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filijs Iſraël: ſic enim ſubiunctione he finalitatis קְדֵשָׁה generis fœminini ſignificat etiam fornicariam & meretricem.

✻ קָהָה Hebetatus eſt, obtudit, retudit: Eccleſiaſtis 10. Si retuſum fuerit ferrũ, alij uerius rubiginoſum fuerit.

✻ קָהַל Congregauit, concionem egit, concitauit, concionatus: 1. Paralip. 15. Cõgregauit Dauid uniuerſum Iſraël: & Numeri 16. Cumqꝙ ſtetiſſent aduerſum Moſen & Aaron, rectius ſic, Et congregati ſunt aduerſum Moſen & Aarõ. Inde nomen מִקְהֵל & קָהָל congregatio, concio, cœtus hominum, eccleſia: ut in eodem loco. Cur eleuamini ſuper populum domini, rectius ſic, Quare eleuamini ſuper congregationem ſeu conuentum aut cõcionem domini. Inde קֹהֶלֶת concionator. Eccleſiaſtis 1. Verba eccleſiaſtis, id eſt, concionatoris, ſeu ut nunc loquimur prædicatoris.

✻ קָוָה Suſtinuit, expectauit, ſperauit: Pſalmo 40. Expectans expectaui dominum. Inde nomina & participia: Pſalmo 37. Suſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram: & Ieremiæ 14. Tibi peccauimus expectatio Iſraël: & Iſaiæ 5. Expectauit ut faceret uuas. Inde מִקְוֶה ſpes & expectatio. Iob 5. Et erit egeno ſpes. קִוָּה Congregauit: Geneſis 1. Cõgregentur aquę quæ ſub cœlo ſunt in unum locũ. Inde nomen מִקְוֶה ut paulum infra. Congregationes aquarum uocauit maria.

✻ קָו Regula, norma, linea, directorium, perpendiculum: Iob 38. uel quis tetendit ſuper eam lineam. Zacharię 1. Et perpendiculum extendetur ſuper Ieruſa-

lem

lem: & 3. Regum 7. translatio nostra habet resticulam sic, Et restícula triginta cubitorum cingebat illud, id est, filum, zona, seu amussis: & quia per illa mensurarum directoria ędificat, iccirco tale uocabulū ad ędificationē & architectonicam transumit: Psalmo 19. In omnē terrā exiuit sonus eorū, rectius norma, directio, regula, ędificatio & architectonia eorū.

קוט Fastidiuit: Psalmo 119. Vidi prę uaricantes & tabescebā: rectius & fastidiui, quam expositionē satis uidetur Hieronymus approbare in Psalmo 95. ubi nos legimus: quadraginta annis offensus fui generationi isti. Hieron. interpretat, quadraginta annos displicuit mihi generatio ista, quasi dicat, fastidiui generationē: patet hoc apertius Iob 10. Tædet animam meam uitę meę.

קָט Pene parū seu paucū, paululū, pauxillū: Ezech. 16. Pauxillū minus pene.

קול Vox: Genesis 27. Vox quidē uox Iacob est: & pluraliter Exodi 19. Et ecce cœperunt audiri tonitrua: pro quo hebraice sic legitur, Et erant uoces & tonitrua & nubes densa super montem: & sequit, Clangorę buccinę, id est, uox cornu: & Genesis 3. Et cum audissent uocem domini dei deambulantis in paradiso.

קום Surrexit: Genesis 13. Surge & perambula terrā: & perdit uau: Psalmo 27. Insurrexerunt in me testes iniqui. Et quandoq; loco uau ponitur aleph in medio קָאם ut Oseę 10. Cōsurget tumultus in populo tuo: sic sine uau & sine aleph. Deuteron. ultimo. Et non surrexit pphęta ultra. Inde dicit קוֹמָה altitudo. Genesis 6. Et triginta cubitorū altitudo illius: & Canticorū 7. Statura tua assimilata est palmis, Significat etiam segetē adhuc surgentē in agro. Deuteron. 25. Si intraueris segetem amici tui &c. Significat etiam sub alia uerborū figura per iod in medio scriptum קִים erigere, fundare, statuere, confirmare: Psalmo 119. Confirma me in uerbis tuis: & Genesis 23. Confirmatus est ager quondā Ephronis: & Esther 9. Confirmarunt & susceperunt Iudęi super se & semē suum, & Leuitici 26. Et firmabo pactum meum uobiscum: & infra, Vt incederetis erecti. Inde קוֹמִמִיוּת erectio. Leuitici 26. Nemo uestrū inimicis audebit resistere, pro quo ueritas hebraica habet, Et non erit uobis erectio ante inimicos, seu præ hostibus: & Prouerbiorum 30. Nec est rex qui resistat ei, pro quo aliqui cabalistæ neoterici uertunt: & uertunt: & rex אֵל־קוּם secum: in quo concludunt quandam prophetiam nostro æuo manifestandam. Et per prothesin iod significat generaliter omniū se mouentiū collectiua congregatio & uocatur יְקוּם substātia: ut Genesis 7. Et delebo omnē substantiā quā feci de superficie terræ. Significat etiā per prothesin mem מְקוֹם locus Gen. 28. Verè dñs est in loco isto. Et item: quā terribilis est locus iste, quod est nomē sanctū in cabala, de quo in Capnione nostro.

קון Planxit: Ezechielis decimonono. Et tu assume planctum super principes Israël, & eiusdem tricesimosecundo. Planctus est, & plangent eum filię gentium, plangent super Ægyptum & super multitudinem eius plangent eum. Hinc קִינָה planctus. קָן Hasta, lancea, hastile: secundo Regum uicesimoprimo. Cuius ferrum hastæ trecentas uncias appendebat. Hebræi dicunt sic nominari galeam; rabi Ionas dicit ferrū

hastæ

haſtę ſubęratę ſignificari,& ſic conuenit cum translatione noſtra: ſed rabi Ioſeph pater Kimhi cui nota fuit lingua Arabica exponit de haſtili ſine ferro,& dicit in Arabico lignum haſtę ſic uocari.

קוֹף Animalis nomen quod homini maxime aſſimilat, & dicitur ſimia: 3.Regum 10.Semel per tres annos ibat in Tharſis deferens inde aurum & argentũ & dentes elephantorum & ſimias & pauos. Inſtar huius uocabuli dicitur reuolutio uel ambitus per protheſin & paragogen thau תְּקוּפָה Exodi 34. Quando redeunti anni tempore cuncta conduntur: & 3 Regũ 7. Decẽ cubitis ambiens illud.

קוֹץ Spina: Iſaiæ 32. Super humũ populi mei ſpinæ & uepres aſcendunt: & Geneſis 3. Spinas & tribulos germinabit tibi: ſub ea forma eſt uerbum quod ſignificat deteſtari, abhorrere, dedignari. Iſaię 7. Derelinquetur terra quam tu deteſtaris: & Numeri 22. pro eo quod nos legimus. Et impetum eius ferre non poſſent: hebraica ueritas habet, Et abhorrebat Moab propter filios Iſraël: & Geneſ. 27. Tædet me uitę meę propter filios Heth, id eſt, abhorreo uitam meam. Eſt & aliud uerbum הָקִיץ quod ſignificat reſurgere, excitari, ſiue ſuſcitari: 4 Regũ 4. Non ſurrexit puer: & Iſaiæ 7. Aſcendamus ad Iudam & excitemus eum, licet hunc locum rabi Dauid Kimhi exponat ſecundum prioris uerbi ſignificationem, aſcendamus in Iudæã & faciamus ei quod nos horreant: & Pſalmo 139. Reſurrexi & adhuc tecum ſum: & Geneſis 28. Cumq; euigilaſſet Iacob de ſomno. Significatur etiam hoc uocabulo קֵץ ſine uau per zere, finis, terminus, extremũ: Geneſis 6. Finis uniuerſæ carnis uenit coram me; & Ezechielis 7. Finis uenit, uenit finis, euigilauit aduerſum me: ecce ubi utrunq; ſignificatum inuenitur, & cata paragogen aſſumit he in fine: Iſaię 7. Ad extremum aquęductus piſcinę ſuperioris. Significat etiam קִיץ æſtatem ſiue æſtum: Pſalmo 74. ęſtatem & uer tu plaſmaſti ea: & Iſaię 18. Et æſtate perpetua erunt ſuper eum uolucres: per camez loco uau, & quandoq; per epentheſin iod: Geneſis 8. ęſtas & hyems, ex illo dicitur hoc nomine fructus arboris. Amos 8. Et dixi uncinũ pomorum, Hebræi exponunt ficus: & per iod nun in fine קֵצִין ſignificat dominũ & principẽ: Iſaię 3. Princeps eſto noſter: dicuntur ab hoc primitiuo קְוָצוֹת cincinni calamiſtrati, cęſaries, coma: Canticorũ 5. Comę eius ſicut elatę palmarum.

קוֹר Fodit: Iſaię 37. Ego fodi & bibi aquã. Inde per protheſin mem מְקוֹר fons à fodiẽdo. Ieremiæ 2. Me dereliquerunt fontem aquę uiuę. Nomen קוֹר inde oritur quod ſignificat telam. Iſaiæ 59. Telas aranearum, per uau & ſurek. Item ſignificat frigus: Gen. 8. Frigus & ęſtus.

קוּשׁ Appropinquauit, cõuenit: Sophoniæ 2. Conuenite congregamini gens non amabilis: ubi primum duplicat ſin literam, ſecundum non duplicat, ſed loco eius recipit dages: alij transferunt ſcrutamini, perquirite, ſed Ionathas chaldæus interpretatur chaldaice congregamini & appropinquate. Kimhi remittit lectorem ad קשש

קָטַט Perculit, affecit moleſtia, perturbauit: Iob 10. Tædet animã meam uitæ meæ, rectius ſic, Perturbata eſt anima mea in uita mea.

קֹטֶב Ægritudo contingens homini & percutiens eum; Deuteron. 32.

Et deuora

Et deuorabunt eos aues morsu amarissimo: thargum Hierosolymitanum exponit excisionem, magistri autem arcanorum bene nouerunt quid hoc uocabulū proprie designet in arte cabalæ, & usum eius nouerunt, ad quod astipulatur uersiculus: Psalmo 91. A sagitta uolāte in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano: super quo scribit rabi Salomon ordinarius cōmentator Iudæorum, quod hæc sunt nomina dęmoniorum, inter quę & prędens nomen ponitur, sicut Isaię 28. Impetus grandinis turbo confringens.

טָטַל Necauit, interfecit: Iob 24. Interfecit egenum & pauperem: & Iob 2. Sapientes interficiebantur quęrebaturq; Daniel & socij eius ut perirēt. Inde nomē טָטָל interfector & nex seu interfectio: ut in Abdia. Vt intereat uir de mōte Esau propter interfectionem.

טָטַן Minoratus sum, paruificatus sum: Geneseos 32. Minor sum cunctis miserationibus tuis. Inde nomen טָטָן paruus & paruulus. Iob tertio. Paruus & magnus ibi sunt: & Isaiæ undecimo. Et puer paruulus minabit eos: & Psalmo 114. Pusillis cum maioribus. In fœminino טְטַנָּה parua.

טָטַח Mutilauit, incidit, auulsit, decerpsit: Ezechielis 17. Sūmitatem frondium eius auulsit, hebraice sic, Caput plantationum eius decerpsit, & Iob octauo. Cumq; adhuc sit in flore nec carpat manu, & est passiuum.

טָטַר Suffumigauit, incendit, sacrificauit, adoleuit, euaporauit. Amos 4. & sacrificate de fermentato laudē. Leuitici 3. Adolebitq; ea super altare sacerdos: & Canticorum 3. sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, id est, suffumigium siue incensum myrrhæ & thuris. Inde nomen קְטֹרֶת suffumigatio, quod gręci thymiama nominant: sic Deuteronomij 33. Ponent thymiama in furore tuo. Inde טִיטוֹר uapor quē trāslatio nostra fauillam interpretatur: Geneseos 19. Viditq; ascendentē fauillam de terra quasi fornacis fumum: Hebræi nostri sic legunt, Et uidit & ecce ascendit uapor terræ sicut uapor fornacis, nos uero rectius, fumus terrę sicut fumus fornacis, sic Psalmo 119. Factus sum sicut uter in pruina: putarē ego uitium fuisse amanuensis scriptoris qui pro pruina concepisset prunam, nisi uiderem in græco scriptū esse πάχνη id est, pruina: quare translatoris error fuit qui hoc in linguam grecā uerterat. Iste autem uersiculus de cute hominis dicitur, quod sit rugosa & arida, sicut si uter suspenderetur ad fumum, quare intelligendus est sic: factus sum sicut uter in fumo, sed certe interpres græcus idē uocabulū hæsitando uariauit. Nam Psalmo 148. trāsfertur ab eo crystallus quod Hieronymus glaciem uertit. Ignis, grando, nix, glacies: reuera secundum linguæ hebraicę proprietatē significat hic uaporem ascendentē de terra in similitudinē fumi, autore rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus. Ab hoc uocabulo per præpositionē mem denominatur מִקְטֶרֶת thuribulum siue acerra. Ezechielis 8. Et unusquisq; habebat thuribulum in manu sua: & sicut ab acerra ara denominat propter sacrificij suffumigationē, ita hoc hebraicum uocabulū pro ara siue altari transumitur: ut 2. Paralippomenon 30. Altaria uniuersa in quibus idolis adolebatur incensum subuertentes.

קִיק Arboris nomen proprium cito naſcentis, crebrum apud Thalmutiſtas in uſu loquendi, ſed eius diminutiuū קִיקָיוֹן ponitur in Iona quod Hieronymus uertit hederam, unde fuit reprehenſus à doctis uiris quos ipſe cucurbitarios uocat, eo quod putarint rectius transferri cucurbitam. Ionæ 4. Et præparauit dominus deus hederam: ipſe uero Hieronymus in commentarijs ſcribit quod ſermo latinus hanc ſpeciem arboris non habeat. Naſcitur autem creberrime in paleſtina lata habens folia in modum pampini, mirumq; in modum ſi ſementem ieceris cito confota conſurgit in arborem, & intra paucos dies quam herbam uideras, arbuſculam ſuſpicis, hęc Hieronymus. Nominatur in lingua punica ſiue Arabica elkeroa.

קִיר Paries: Leuitici 1. Decurrere faciat ſanguinem ſuper crepidinem altaris, rectius ſic, Spargatur ſanguis eius contra parietem altaris: & 1. Regum 19. Niſusq; eſt Saul configere Dauid in pariete: & infra. Perlata eſt in pariete: & pluraliter declinatur in fœminino, & capitur pro muro: Iſaiæ 16. His quiłętantur ſuper muros cocti lateris. Ego putaſſem ab hoc denominari ciuitatem, ſed grammatici à primitiuo קָרָה deduxerunt, ut inferius patebit. Inde oritur uerbum geminatum קִרְקַר quod ſignificat muros diruere, uaſtareq; & perforare parietē, impugnare & uim inferre. Numeri 24. Vaſtabitq; omnes filios Seth.

קָלַל Leuifecit, uilipendit, deſpexit, inhonorauit: Nahum 1. Quia inhonoratus es: & Iob 39. Qui leuiter locutus ſum reſpondere quid poſſum: & Geneſis 16. At illa concepiſſe ſe uidens deſpexit dominam ſuam. Inde nomen קַל leuis: Iob 24. Leuis eſt ſuper faciem aquæ. Inde uerbum חָסַל Iſaiæ 9. primo tempore alleuiata eſt terra zabulon: & Habacuk 1. Leuiores pardis. קָלַל Maledixit: Leuitici 20. Qui maledixerit patri uel matri, cuius participium Exodi 21. qui maledixerit patri uel matri, id eſt, maledicens: & Iſaiæ 8. Et maledicet regi ſuo. Inde nomen ſubſtantiuum קְלָלָה Deuteronomij 11. Ecce ego propono in conſpectu ueſtro hodie benedictionem & maledictionem. Et nota quod docti Hebræorum exponunt uerſiculum illum Deuteronomij 21. Maledictus à deo eſt qui pendet in ligno, ſic: deſpectus à deo eſt, ſecundum priorem ſignificationem. Paulus autem apoſtolus legis peritiſſimus traduxit ἐπικατάρατος id eſt, maledictus, ad Galatas 3. capite, quē nos rectius ſequimur præceptorem noſtrum ſupra quam dici queat fidelem: geminatur hoc uerbum קַלְקַל ſicut & alia uerba plurima in hebraico, & ſignificat cōterere, diruere, deuaſtare, deterere: Ezechielis 21. Commiſcens ſagittas, id eſt, ita deterens ut inſtar ſpeculi ferrum earum luceat quatenus in eis fiant uiſiones, ſicut eſt in magicis conſecratio gladij. Eccleſiaſtis 10. Si retuſum fuerit ferrum: & hoc non ut prius ſed hebetatum fuerit multo labore exacuetur, rectius hebraice ſic, ſi rubiginoſum fuerit ferrum, & hoc non facietenus detritum ſeu terſum fuerit uirtusq; eius confortetur &c.

קָלָה Frixit, torrefecit: Leuitici 2. Deſpicis adhuc uirētibus torrebis eas igni. Inde קָלִי & קָלִיא frixum, toſtum ſiue polenta: 1. Regum 17. Accipe fratribus tuis ephi polentæ: ubi quidam ſcribunt

bunt per paragogen aleph. Item eiusdē formæ est uerbū חִסְלָה quod significat despicere, inhonorare, uilipendere: Deuteronomij 27. Maledictus qui nō honorat patrē suum & matrē suā. Inde nomen סְלוֹן despectio, uilipendiū, ignominia: Psal. 83. Imple facies eorū ignominia.

✻ סַלַּחַת Caldare, per paragogē thau in fine: translatio nostra uertit ollam. Micheę 3. Sicut in lebete & quasi carnē in medio ollę: Ionath. chaldaice trāsfert סַרְבָא cadra quod nos chaldare dicimus.

✻ סְלוּט Concretū, sicut quando fissura pedum animalis concrescit quasi pedis equi uel muli, tunc ipsum animal dicitur concretum. Leuit. 22. Bouē & ouē aure & cauda amputatis: rectius sic. Bouē & ouē discretis aut cōcretis membris, ut quod unum mēbrum deberet esse discrescit in duo, & quod duo membra deberēt esse concrescunt in unum: & ab eo denominatur מִסְלָט locus refugij quod asylum dicunt, eo quod fugitiui illic coalescunt & concrescunt. Numeri 35. Et reducetur per sententiā in urbem ad quā confugerat: & paulo superius, decernite quę urbes esse debeāt in præsidia fugitiuorū.

✻ סֶלֶס Derisio, subsannatio, illusio: Psalmo 44. Subsannationem & derisum ijs qui sunt in circuitu nostro: sic Ieremię 20. Et factus est mihi sermo domini in opprobriū & derisum tota die. Inde uenit uerbum תִּתְסַלָּס Habacuk 1. & ipse de regibus triumphabit, rectius sic, & ipse in regibus illudetur. Dicunt autē docti Hebręorum grammatici, quod hoc uerbū tam in bonam quam in malam partem accipi possit, sicut apud latinos ualere: & quod in iam citato Habacuk loco significet laudare ut sit interpretatio sic, & ipse in regibus laudabitur, ego eligerem primum significatum propter uerba sequentia & chaldaicam translationem.

✻ סָלַע Rotauit fundam, uel fundibulauit: 1. Regum 17. Tulitq; lapidem & funda iecit. Inde nomen substantiuum סֶלַע ut paulo superius: & fundam manu tulit. Inde deriuata, ut סַלָּעִים fundibularij & omnia à fundibulando dicta. Nominantur & sub hac forma סְלָעִים tentoria, cortinæ, uela: Exodi 27. Contra meridiem erunt tentoria de bisso retorta, sic dicitur quicquid torno rotatur.

✻ סֶלְשׁוֹן Bidens, instrumentum rusticum per paragogen on terminationis scriptū: alij uocant ligonē, alij sarculū: 1. Regū 13. Acies uomerū & ligonū & tridentiū, id est, ligonū trium dentiū, ita ēm ponitur numerus: rabi Dauid Kimhi dicit apud nos uocari furcam quæ habeat tres dentes.

✻ סֹלֶת Farina: Numeri 5. Decimam partem sati farinę ordeaceę: & Isaię 47. Et mole farinā, id est, mole ut fiat farina.

✻ סַמָּט Ruga: Iob 16. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Scribitur tamen ibi uerbaliter.

✻ סָמַל Rescindebat, excidit, uel neutraliter emarcuit, obsorduit: Isaiæ 19. Calamus & iuncus marcescēt: & eiusdē 30. Confusus est libanus & obsorduit.

✻ סַמָּז Pugillo mensurauit, seu à uola manus inuolauit, id est, tantū accepit quantū potest uir pugno cōtinere. Oportet enim per ambages circūloqui, cui uocabulū latinum simile nescimus, sicut interpres fecit Leuitici 2. Quorū unus tollet pugillum plenum similę, sic quasi liceret dicere: Et pugillabit inde plenum pugillum suum. Hinc סַמָּז pugillus.

קִמּוֹשׂ Vrtica: Isaiæ tricesimoquarto. Orientur in domibus eius spinę & urticæ, quamuis nostri Iudęi exponant sic, Carduus & spina: sed tamen magister Dauid Kimhi in radicibus interpretatur urticam.

קָנַן Nidificauit: Psalmo centesimo quarto. Illic passeres nidificabunt. Inde nomẽ uerbale: Ieremiæ quadragesimooctauo. Quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Inde קֵן nidus nomen: Psalmo 84. Et turtur nidum: & in Abdia. Et si inter sydera posueris nidum tuum: & pluraliter Genesis sexto. Mansiunculas in arca facies, uult dicere, instar nidorum.

קִנֵּא Æmulatus, zelatus est, inuidit: Numeri 25. quia zelatus est pro deo suo: & Numeri 5. Si spiritus zelotypię cõcitauerit uirum cõtra uxorem suam, uerbum è uerbo sic, Et trãsibit super eum spiritus ęmulationis seu inuidię & inuidebit uxori suæ. Sic Genesis 30. Cernens autẽ Rahel quod infœcũda esset, inuidit sorori suę. Inde nomen קַנָּא ęmulator: Deuteronomij 4. Deus ęmulator: & Exodi 34. Dñs zelotes nomen eius: & interponit quandoq; iod cata epenthesin הַקַּנְיָא Deuteronomij 32. Ipsi me prouocauerũt in eo qui non erat deus & ego prouocabo eos in eo q nõ est populus: & est uerbũ transitiuũ tertij, id est, ęmulari fecerũt & inuidere faciã &c. Hinc קִנְאָה zelus.

קָנָה Procurauit, cõparauit, acquisiuit, adeptus est, obtinuit, exorsus est: Genesis 49. Quam emit Abrahã: & Genesis 4. Possedi hominnm per deum: miror translationem hanc, sed potius acquisiui hominẽ uel obtinui: sic Gen. 15. Ad dñm deum excelsum possessorẽ cœli & terræ, id est, procuratorẽ exordientẽ cœlum & terrã, pro, ut Deuteron. 32. Nũqd nõ ipse est pater tuus qui possedit te, id est, acquisiuit, cõparauit. Inde dicũt acqsita omnia bona, scilicet immobilia, mobilia, & se mouentia, ut sunt pecora & pecudes מִקְנֶה & בִּקְנָה De mobilibus scribitur Gen. 13. Erat aũt diues ualde in possessionibus auri & argẽti, id est, in bonis acquisitis, de se mouẽtibus: Gen. 26. Habuitq; possessiões ouiũ & armentorũ: de immobilibus, Ierem. 32. Et possidebunt agri.

קָנֶה Calamus: Isaiæ 19. Calamus & iuncus marcescent: & quia in oriente baculos ex canna seu calamo conficiunt quibus mẽsurant quãtitates, iccirco pro mẽsura transumit. Ezechielis 40. Et calamus mẽsurę in medio eius, sicut nos dicimus ulnam uel brachiũ. Vnde etiam dicitur regula transuersalis cui appendũtur hinc & hinc põdera, quod translatio nostra statherã uertit. Isaię 46. Et argentũ stathera ponderatis. Significat etiam calamũ aromaticũ. Exodi 30. Calami similiter ducentos quinquaginta siclos.

קִנָּמוֹן Cinnamomũ: Exodi 30. Et cinnamomi medium eius: & Canticorum 4. Fistula & cinnamomum, ubi cannam uertit fistulam.

קָסַס Incidit, decerpsit, distrinxit: Ezechielis decimoseptimo. Et fructus eius distringet & siccabit.

קָסַם Magicauit, diuinauit, ariolauit: Ezechielis 13. Et diuinationes non diuinabitis amplius: & 1. Regũ 28. Diuina mihi in pythone: & omnia inde deriuata significant prędicere futura, ut קֹסֵם augur, קֶסֶם diuinatio,

קֶסֶת Atramentariũ: Ezechielis 9. Et atramentariũ scriptoris ad renes eius:

alij dicunt quod significat tabulam & pugillarem, ita enim exponit thargū pinax, est autē pinax græce, tabula latine.

❧ סַעֲסַע Stigmatizatio: Leuitici 19. Neq; figuras aliquas aut stigmata facietis uobis: quo putant aliqui prohibitam esse artem geomantię, de qua rabi Iuda Harisi & alij complures scripserunt.

❧ סָעָה Abegit, dimouit: Genesis 32. Tetigit neruum fœmoris eius, id est, coxam dimouit è loco cohærentiæ eius & eluxauit, ita exponit rabi Salomon & allegat uersiculum Ieremię 6. Ne forte recedat anima mea à te, id est, ne dimoueat. Kimhi putat יסע esse radicem.

❧ סְעָרָה Scutula siue scutella, quod translatio nostra acetabulum uertit: Numeri septimo. Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos: & Exodi tricesimoseptimo. Acetabula phialas & cyphos.

❧ סָפָא Coagulauit, concreuit: trāslatio nostra uertit congregauit: Exodi 15. Congregatæ sunt abyssi in medio mari, rectius Iob decimo. Et sicut caseum me coagulasti: Sophoniæ primo. Viros defixos in fecibus suis, id est, coagulatos & concrescentes super feces suas.

❧ סִפֵּר Rescidit, præcidit: Isaię 38. Pręcisa est uelut à texente uita mea: in ea forma nominatur animal deserta loca inhabitans, quod alij uolunt auem esse, alij reptile, translatio nostra ericium uertit: Isaię 34. Onocrotalus ericius & ibix, similiter Sophon. 2. Onocrotalus & ericius, scribitur autē in fine per holem, ut סִפֹּר

❧ סִפּוֹז Significat idem quod pręcedens uocabulum, siue ericium seu aliud animal, & ponitur in eodem capitulo Isaiæ 34. Ibi habuit foueam ericius, sed quidam impressi libri habēt illic kiphod, rectius autem antiqui kaphon.

Munst. Kimhi in radicibus ponit kippoz.

❧ סָפַץ Clausit, conclusit, continuit, contraxit: Psalmo 77. Aut continebit in ira sua misericordias suas: & Iob 5. Iniquitas autem contrahit os suum, id est, concludit & continet: & Deuteronomij 15. Nec contrahas manū tuam sed aperias eam pauperi. & Isaię 52. Super ipsum cōtinebunt reges os suum, id est, claudent. In eadem uerbi forma סָפֵץ significatur transilire. Canticorum secundo. Transiliens colles.

❧ סָצַץ Abscidit, detruncauit, mutilauit: Deuteronomij 25. Abscindas manum illius nec flecteris super illam ulla misericordia: & Exodi 39. Et extenuauit in fila, id est, abscidit fila. Inde uenit סֵץ finis & terminus: Genesis 6. Finis uniuersæ carnis uenit, id est, detruncatio, quod assumit quandoque nun per epenthesin סִצְנֵי eo quod abijcitur unum zade, & cum non assit nun litera neq; alterum zade, addditur dages ad notandum defectum, ut סִצִּים

❧ סָצַב Limitauit, designauit, abscidit, incidit, præcidit: 4. Regum 6. Præcidit ergo lignum & misit illuc, id est, pręcidit & æquauit ut esset capulum securis: sic 3. Regum 6. In mensura pari & opus unum erat in duobus Cherubim, hebraice sic, Mensura una & סֶצֶב præcisio una duobus Cherubim: quod postea sensum è sensu uertens sculpturam interpretatus est: tertio Regum septimo. Et mensura sculpturaq; consimili, id est, præcisione. Transumitur etiam pro extremo & finali termino, Ionæ 2. Ad extrema mōtium

descendi: ab æquatione præcisionis dicitur Canticorum 4. Sicut grex tonsarum, id est, adæquate præcisarum uel præcise æquatarum seu æqualium.

✻ קָצַח Concidit, abscidit, mutilauit: Habacuk secundo. Concidisti populos multos: rectius sic, concidendo populos: est enim gerundiū. Inde מְקֻצָּה mutilatus seu abscisus & detruncatus. Prouerbiorū 26. Claudus pedibus & iniquitatem bibens. Inde קָצֶה & קָצָה finis, angulus, extremitas: Exodi 25. Cherub unus sit in latere uno & alter in altero, hebraice sic: Et facies Cherub unum ab extremitate hinc, & Cherub unum ab extremitate hinc: & pluraliter in masculino Psalmo 65. Spes omnium finium terræ. Et pluraliter in fœminino in eodem Psalmo. Et timebunt qui habitant terminos: uariū uarie transferunt, nam pro termino uel extremitate posuerūt summū: Deuteronomij 4. A summo cœli usq; ad summum eius. Aliud etiam significatum habet: nam significat pertæsum est, nauseauit. Num. 21. Anima nostra iam nauseat sup cibo illo leuissimo: ubi rabi Salomō hoc uerbū exponit per illud paulo supius scriptum. Et tędere cœpit populū itineris. Huius posterioris significati uerbū ꝓprie est קוּץ ut patet in radicibus Kimhi.

✻ קֶצַח Nigella, melanthion, gith: Isaiæ uicesimo octauo. Seret gith & cimi num sparget: & infra, non enim in serris triturabitur gith: & iterum. Sed in uirga excutietur gith.

✻ קָצִין Capitaneus, princeps, dominus, Isaiæ tertio. Nolite cōstituere me principem populi.

✻ קָצַע Decorticauit, abrasit: Leuitici 14. Domum autem ipsam radet intrinsecus per circuitum: & per præpositionē mem מִקְצוֹעַ significat angulū: Nehemię 3. Post eum ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam ab angulo usq; ad portam domus: & 2. Paralip. 26. Super portam anguli: & Ezechielis 46. Per quatuor angulos atriī &c. Significat etiam per paragogen he & epenthesin iod קְצִיעָה aroma quoddam, quod à nostris dicitur casia: Psalmo 45. Myrrha & gutta & casia.

✻ קָצַף Succensuit, iratus est: Zachariæ 1. Iratus est dñs super patres uestros iracundia: sic Numeri 16. Num uno peccante cōtra omnes ira tua desæuiet. Inde קֶצֶף ira ut in eodē cap. Iam enim egressa est ira à domino: & scribit per sex puncta: & in eadem forma significat spuma: Oseę 10. Quasi spumam super faciem aquę. Ponitur & quandoq; pro decorticare uel excoriare: Ioēlis primo. Et ficum meū decorticauit, id est, arefecit & exiccauit. In hiphil הִקְצִיף irritauit, prouocauit: Deuteronomij 9.

✻ קָצַר Ægretulit, molestauit, tędebat: Numeri 21. Et tędere cœpit populū. Significat etiam angustare & breuiare: Isaię 28. Coangustatum est enim stratū: & Micheæ secundo. Nunquam abbreuiatus est spiritus dñi. Inde nomen קֹצֶר Exodi 6. Propter angustiam spiritus, hoc est, turbationē & molestiā: & de abbreuiatione legitur Psalmo 102. Respōdit mihi in uia uirtutis suę paucitatē dierum meorū: quo nomine Iudæi uocant pręceptoriū eorū, hoc est, breuiariū, librū in quo singula pręcepta in lege contēta colligun tur קְצוּרָה sic Iob 14. Homo natus de muliere breui uiuēs tēpore. Significat etiam per epenthesin iod ante res קָצִיר palmi-

tem

tem aut ſurculum: Pſalmo 80. Extendēs palmites ſuos uſq; ad mare: & hoc modo interpres debuit transferre uerſiculum Iob 29. Et ros morabit in meſſione mea, rectius uidelicet, Et ros pernoctabit in palmitibus ſiue ramis meis, quod præcedens ſermo apertiſſime declarat. Aliud ſignificatum eiuſdem formæ hic oritur, id eſt, metere meſſem: Leuitici 23. Et meſſu eritis ſegetem, rectius meſſem: & Deuteronomij 24. Quādo meſſueris ſegetem in agro tuo: rectius ſic, quando meſſueris meſſem tuam in campo tuo: Ruth 1. Quādo primum hordea metebātur. Inde nomen uerbale קוֹצֵר meſſor, eiuſdem 2. Et dixit meſſoribus, dominus uobiſcum.

✻ קֹר & קֹרָה & קָרַר Frigus per apocopen res & epentheſin holem: Geneſis 8. Frigus & æſtus: & Prouerbiorū 25. Et qui amittit pallium in die frigoris, ubi in fine ponitur he terminatio fœminina, quaſi frigiditas quæ per regimen caſus poſt ſe uertitur in thau: Pſalmo 148. Ante faciē frigoris eius quis ſuſtinebit. Inde קָר frigidus: Prouerbiorum 25. Aquæ frigidę animę ſitienti.

✻ קָרָא Vocauit, appellauit, nominauit: Geneſis 1. Appellauitq; lucem diē & tenebras noctem: & 3. Regum 1. Et Salomonem fratrem ſuum non uocauit: & Pſalmo 99. Inuocabant dominum & ipſe exaudiebat eos. Inde nomen uerbale קוֹרֵא Iſaiæ 45. Ego dominus qui uoco nomen tuum deus Iſraël. Inde homines nominati & magni atq; capitanei prēſtantiores q; ſic dicuntur קְרוּאִים Numeri 26. Iſti ſunt Dathan & Abirom principes populi. Significat & clamare: Pſalmo 34. Iſte pauper clamauit: ſignificat etiam occurrere uel obuiare. Iſaiæ 31. Cum occurrerit ei multitudo paſtorum: quod etiam à ſuperiore ſignificato poſſet ſic intelligi, Cum acclamauerit ei, & hoc indicat ſequens ſermo, à uoce eorum non formidabit: translatio noſtra addit aliud ſignificatum: Prouerbiorum 27. Et oleum dexterę ſuę euacuat. Item aliud ſignificatū, קָרָה & קָרָא cōtigit, accidit, euenit: Geneſis 42. Ne forte in itinere quicquā patiat mali, id eſt, ne forte contingat ei mors: ſic Ieremię 13. quare uenerunt mihi hęc: & ſcribitur quādoq; in fine he loco aleph 1. Regum 6. Sed caſu accidit: & Eccleſiaſtis 9. Quia eadem cunctis eueniunt: hebraice ſic, euentus unus omnibus. Inuenitur quoq; ſine aleph & ſine he in fine: ut Deuteronomij 25. Quomodo occurrerit tibi in uia. Eo autem nomine Hebrę orum logici crebro utuntur pro uno ex quinq; prędicabilibus Porphyrianis quę habent trāslata ex Abenroſt qui à nobis dicitur Auerroys, nomine accidens per protheſin mem & paragogen he: Item ſignificāt legere. Nehemię 8. Et legit in eo aperte in platea: & infra, & legerunt in libro legis dei diſtincte. Inde nomen uerbale lector, Habacuk 2. Vt percurrat qui legerit in eo, id eſt, legens uel lector.

✻ קָרַב Appropinquauit, attigit ſeu acceſſit, approximauit, ut periphraſticos. Exodi 14. Ita ut ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non ualerent: rectius hebraice uerbum è uerbo ſic, Et non appropinquauit hic ad hunc tota nocte: & Exodi 32. Cumq; appropinquaſſet ad caſtra: & Iſaiæ 8. Acceſſi ad prophetiſſam & concepit & peperit: & ſic ſunt uerba neutralia. Fiunt etiam tranſitiua הִקְרִיב & ſignificāt facio appropinquare, id eſt, offero, Leuitici 1. Homo qui obtulerit ex

uobis hostiam. Inde קָרְבָּן oblatio, offertoriū, hostia: Leuitici 2. Anima cum obtulerit oblationē: & dicitur corban. Vnde illud legitur Matthei 27. Nō licet mittere in corbanam, id est, donarium seu offertorium quo oblationes immittuntur. Inde קָרוֹב prope: Isaię 55. Inuocate eū dum prope est: similiter Psalmo 145. Prope est dñs omnibus inuocātibus eum, & ab eo dicitur aliquid quod est initium & intra uiscera nostra: ut Psal. 103. Et omnia quę intra me sunt, & quod est in medio eius: Numeri 15. Peribit de populo suo: rectius de medio populi sui. Itē קָרוֹב sic proximus aut uicinus: Psalmo 15. Et opprobriū non accepit aduersus proximos suos siue uicinos, seu secundū Hieron. super propinquo suo: & à propinquādo dicitur quis manus conserere atq; bellari in prędio: Psalmo 144. Qui docet manus meas ad prælium.

✻ קָרְדֹּם Securis: Psalmo 74. Securibus exciderunt: & Iudicum nono. Arrepta securi.

✻ קָרָה Tabulauit, cōtignauit & laqueauit domos, struxit: 2. Paralippomenon 34. Ad contignationem domorum. Sic Canticorum 1. Laquearia nostra cypressina, unde quidam deducunt ciuitatē per epenthesin iod קִרְיָה Prouerbiorū 11. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in eodem significato quandoq; mutatur he in thau & deficit iod, unde Chaldęi ciuitatem nominant קַרְתָּא Iob 29. Quādo procedebam ad portam ciuitatis, & uide supra in ain litera sequente res.

✻ קָרַח Caluauit: Micheæ 1. Decalua re & tondere super filios deliciarū tuarū. Ezechielis 29. Omne caput decaluatum. Inde nomen קָרְחָה caluicium, Ezechielis 27. Et radent super te caluicium, ubi pro he ponitur aleph: significat etiam prima per sægol scripta קֶרַח crystallum seu glaciem. Ezechielis 1. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & secundum Nicolaum de Lyra glaciei: nam in commentarijs scripsit Hieronymus quod gelu constricta aqua græco sermone crystallus nominet, idq; approbat dictionarium quod ethymologicum magnum appellant.

✻ קָרַם Obduxit corio, induit pelle, contexit cute, Ezechielis triceſimoseptimo. Et superextendā in uobis cutem, & ab hoc dicitur membrana.

✻ קֶרֶן Cornu: Danielis 8. Fractum est cornu magnum: & est utriusq; numeri. Significat etiam uerbaliter radiare atq; lucere. Exodi 34. Qui uidebant faciem egredientis Mosi esse cornutam: rectius hebraice uerbum è uerbo sic, Et uidebāt filij Israēl faciem Mosi quod lucebat cutis faciei Mosi.

✻ קָרַס Decidit, ruit ad terram: Isaiæ 46. Confractus est Bel contritus est Nebo: duo scilicet Babyloniorum idola diruta sunt usq; in terrā. Significat etiam קֶרֶס circulum, annulū, seu fibulam qua inter se uela connectuntur. Exodi 26. Facies & quinquaginta circulos.

✻ קַרְסֹל Talus, hoc est, uertibulum quo pes & tibia coniunguntur: 2. Regū 22. Et non deficient tali mei.

✻ קָרַע Rupit, fidit, scidit: 1. Regum 15. Scidit dominus regnum Israēl à te hodie: & Iudicum 11. Scidit uestimenta sua: & in passiuo: 3. Regum 13. Altare quoq; scissum est: simili modo legitur Psalmo triceſimoquinto. Dissipati sunt nec com

puncti

puncti. Hieronymus sic, Scindentes & non tacentes: sed nostrates Hebræi exponũt, Si discerpantur non cruentant: significat etiam aperire: Ieremię 22. Qui aperit sibi fenestras.

* סַרְסַע Fundus, fundamentum, pauimentum: Numeri 5. Et pauxillum terræ de pauimento: & Amos 9. Si celauerint se ab oculis meis in fundo maris.

* סִרְסַר Diruit, perforauit: Isaię 22. Scrutans muros: & Numeri 24. Vastabitq; omnes filios Seth, id est, ruere faciet: de hoc supra in uocabulo סִיר

* סֶרֶץ Reformator, excisor, effigiator, similator: Ieremiæ 46. Similator ab aquilone ueniet ei. Inde uerbum סָרַץ Iob tricesimotertio. Et de eodem luto ego quoq; formatus sum. Significat etiam conniuere oculis uel lingua signum pręstare, uel uultu annuere: Psalmo 35. Adnuunt oculis. Prouerbiorum sexto. Adnuit oculis, terit pede: & eiusdẽ libri cap. 10. qui adnuit oculo dabit &c.

* סֶרֶשׁ Tabula: Exodi 26. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis Setim, & sic deinceps per longũ tam in singulari quam in plurali numero. Ezechielis 27. Et transtra tua fecerunt tibi de ebore indico, rectius, tabulata tua.

* סָשַׁשׁ Legit, collegit. Exodi 5. Dispersusq; est populus in omnem terram Ægypti ad colligendas paleas: & paulo superius, Ipsi uadant & colligant stipulas. Inde סַשׁ stramen demolitum & contritum, & quod de ligno cadit serrato illud minutissimum, quod transfertur in superiori iam loco citato palea: & Numeri 15. Hominem colligentem ligna, id est, ramusculos & minutissima quęq; ad fouendum ignem apta: & putãt significare res minutas hincinde disquirere, ad quod allegant uersiculũ Sophonię 2. Conuenite congregamini gens, quasi esset cõgregamini & acriter disquirite: sed de hoc supra quando kuph pręcedit uau.

* סִשֹּׁא Cucumis: Numeri 11. In mẽtem nobis ueniunt cucumeres & pepones. Inde denominatiuum מִסְשָׁה Isaiæ primo. Sicut tugurium in cucumerario, ubi mutatur aleph in he.

* סָשַׁב Attendit, animaduertit, Intendit diligenter: Malachię 3. Attẽdit dominus & audiuit: & Psalmo 66. Et attendit uoci deprecationis meæ, & Psalmo 130. Fiant aures tuę intendentes.

* סָשָׁה Indurauit: 2. Paralippomenõ 36. Et indurauit ceruicẽ suam: & Deuteronomij 15. Non auertes ab eis oculos tuos, rectius sic: Non durum sit in oculis tuis manumittẽdo illum. Inde סָשֶׁה durus & סֹשִׁי duricia & cætera deriuata: Exodi 33. Populus duræ ceruicis es tu, & primo Regum quinto. Quoniam dura est manus eius super nos. Inde transumitur ad crudeles: Isaiæ 19. Et tradam Ægyptum in manum dominorum crudelium: & trãsumitur מִסְשָׁה ad metalla indurata & percussa. Exodi 25. Aureos & productiles.

* סָשָׁה Thuribulũ secundũ trãslationẽ nostrã: Exodi 25. Acetabula ac phialas thuribula & ciatos: ego non credo significari thuribula, qd enim thus ad panes coquẽdos, sed opinor patellas in quibus panis coquitur & tanquam azimus fundit, ut dicimus de nostris hostijs, seu aliud instrumentum quod ad usum coquendi panes concurrit.

* סֶשָׁה & הִסְשִׁיחַ Crudeliter egit. Iob 39. & Isaiæ 63.

קְשֹׁט Rectitudo, ueritas: Psalmo 60. Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant à facie arcus: miror translationẽ & miror commentarios nostros, hebrace sic legitur, Dedisti timentibus te signum ut signentur propter ueritatẽ in æternum: nam hoc uocabulo thargũ utitur pro ueritate, & nullo modo significat arcum. Sic legitur recte Prouerbiorũ 22. ut ostenderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis, & hic scribit per seua subsin, superius per sægol.

קְשִׂיטָה Nummus uel obulus: Genesis 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernacula à filijs Hemor patris Sichem centum agnis: ubi Lyra scribit quod translatio nostra hic deficiat. Nam Hebræi uertunt centum obulis, & uerũ dicit: similiter Iob ultimo capite, ubi nos habemus, Et dederunt ei unusquisq; ouẽ unam, Hebræi legunt nummum seu obulum unum.

קָשַׁר Coadunauit, colligauit, ligauit, nodauit: Deuteronomij 6. Et ligabis ea quasi signum in manu tua: passiuũ eius ponitur: 1. Regum 18. Et anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, id est, ligata. Inde קֶשֶׁר colligantia, coniuratio siue liga: Isaiæ 8. Non dicatis cõiuratio, omnia enim quæ loquitur populus iste coniuratio est: quapropter ad rebellionẽ traduxit translatio nostra. Amos 7. Rebellauit contra te Amos, id est, ligam fecit seu coniurauit: sic 2. Regum 15. Facta est coniuratio ualida populusq; concurrens. Inde oues quæ nascunt circiter tempora marcij hoc nomine dicuntur מְקֻשָּׁרוֹת ualidiores. Genesis 30. Et quæ primi temporis Iacob.

קֶשֶׁת Arcus; 1. Regum 2, Arcus fortium superatus est: & Genesis 9. Arcum meum ponam in nubibus: & infra, Apparebit arcus meus in nubibus: & pluraliter in fœminino: Psalmo 37. Et arcus eorum confringantur. Inde רוֹבֵה קֶשֶׁת balistarius seu sagittarius. Genes. 21. Iuuenis sagittarius, sed potius magister arcus.

קַשְׂקֶשֶׂת Squama: Leuitici 11. Omne quod habet pinnulas & squamas: & pluraliter in fœminino declinatur Ezechielis 29. Vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt: & ad squamarum similitudinem fit tunica ferrea quam dicunt lori cam squamarum uel squamatam: 1. Regum 17. Et lorica squamata induebatur, & hoc declinatur pluraliter in im.

רחוק מרשעים ישועה

רָאָה Aspexit, uidit: Threnorũ 1. Quia uidit gentes: & Psalmo 33. Vidit omnes filios hominum: & Genesis 37. Vade & uide si cuncta prospera sint. Inde uenit inuidere, despicere: Psalmo 22. Ipsi uero consyderauerunt & inspexerunt me, pro quo Hebræi sic, Ipsi aspexerunt inuiderunt mihi, uel ipsi uiderunt despexerũt me: inde transumptiue multa dicunt ut מַרְאָה speculum. Exodi 38. De speculis mulierum. Inde יְרָקָה imber matutinus. Deuteronomij 11. Dabit pluuiam terræ uestræ temporaneam & serotinam. Formabis ab hoc uerbo deriuata secundum artem pro ut legendo bibliam hebraicã inuenies copiose, Aliud significatum sub hac forma יְרֵכָה struma seu uesicula gutturis. Leuitici 1. Vesiculam uero gutturis, aliud significatum רוֹאָה obscœnum, turpe, fœdum seu fœditas, nostra translatio exemplum interpretatur

pretatur. Nahū 3. Et ponam te in exemplum: pro quo hebræi. Et ponã te quasi turpitudinem seu fœditatem. Aliud רָאָה auis nomẽ, quam translatio nostra ixon uocat, animal nobis incognitum, sed hebręi uulturem interpretantur. est autem auis quæ plus cæteris uidet ab acumine uisus sic dicta secundū rabi Salomonem. Deute. 14. Ixon & uulturem ac miluum.

רְאֵם Rhinoceros seu unicornis: Deute. 33. cornua rhinocerotis cornua eius: uidentur autem Tortellio diuersa esse animalia unicornẽ & rhinocerota. Sic & Perotto in cornucopiæ: nam illud in fronte hoc in naso cornu gestat, translatio uero nostra promiscue utitur. Psal. 92. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & quãdoq; abiicit aleph & eius loco assumit iod in eodẽ significato רִים Iob 39. nũquid uolet rhinoceros seruire tibi. Inde forsitan dicuntur præcioſæ uestes ex eiusdem animalis pilis cõtextę. quod translatio nostra sericum uertit. Ezechielis 27. Et bissum & sericum.

רֹאשׁ Caput. Leuitici 1. Caput uidelicet & cuncta quæ adhęrẽt iecori, unde transumptiue significat cacumẽ, uerticem, summum, primum. Genes. 28. Et cacumen eius tangens cælum. Cantic. 4. cum omnibus primis ungentis. Inde summi principes & capitanei denominantur רָאשִׁים Micheę 3. Audite principes domus Iacob. Est & aliud significatũ fel, amaritudo, toxicum. Deute. 32. uua eorum uua fellis: quod mox uertit translatio nostra uenenũ: uenenum aspidum insanabile, Hebręi toxicum aspidum crũdele: & à primo dicitur רֵאשִׁית principium, initium. Genes. 1. In principio creauit deus. Psalm. 111. Initiũ sapientię timor domini: & sic cum anterioritatẽ significat, inuenitur quandoq; p iod loco aleph quãdoq; simul per iod & aleph: lege bibliam hebraicam & inuenies.

רָבַב Auctus & multiplicatus est, excreuit, Psal. 69. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. & Gene. 1. Crescite & multiplicamini. Inde רַב multus magnus, copiosus, lonę 4. Multę miserationis. & Psal. 48. Ciuitas regis magni. & Psal. 3. Dñe quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi surgunt aduersum me, multi dicũt &c. significat etiam satis, uel sufficit: 1. Paralip. 21. Sufficit iam, cesset manus tua. & Nume. 16. Sufficiat uobis quia omnis multitudo sanctorum est. Et significat רִבָּה atq; רְבָבָה decem millia in supputatione. Deute. 32. Et duo fugarẽt decem millia & bis tantidẽ. Nehem. 7. Auri drachmas uiginti millia: & ab isto uerbo homo pręeminens honoratus & magni cõsilij magister dicitur רַב quem trãslatio nostra uocat propugnatorem. Isaię 19. Et mittet eis saluatorẽ & propugnatorem qui liberet eos. Inde propter multiplicationẽ dicũtur רְבִיבִים stillę seu guttę pluuiarũ geminato beth. Mich. 5. Et quasi stillę super herbã. aliud significatũ iaculari seu arcũ trahere. Genẽ. 49. Exasperauerũt eũ & iurgati sunt: p quo hebręi, amaricauerunt eũ et traxerũt arcũ.

רִבֵּד Torques, uel ornamentũ circum guttur. Ezechielis 16. Et torquem circa collũ tuum, & transumitur ad alia ornamẽta quę suspenduntur. ut Prouerbiorum septimo, Intexui funibus lectulum meum. quod hebręi sic dicunt. Ornamentis ornaui lectum meum. רִבָּה Auxit, multiplicauit. Deuteronomij tricesimo. Et uiues atque multiplicaberis.

& clarius

& clarius Geneſis 35. Creſce & multiplicare. Inde uerbum graue per protheſin he aſpirationis הִרְבָּה Geneſis 3. Multiplicabo ęrumnas tuas: & Iſaię 9. Multipli caſti gẽtem. Inde illud quod legitur Pſalmo 130. Copioſa apud eum redemptio. Inde רוֹב multiplicatio. Prouerbiorũ 29. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera: & Iſaię 9. Multiplicabitur eius imperium, per præpoſitionẽ mem & articuli, rectius ſic, ad multiplicandum eius imperium. Significat & הִרְבָּה ſępe: Pſalmo 129, Sæpe expugnauerunt me: aliud ſignificatum baliſtarius dirigens arcum. Geneſis 21. Factusq; eſt iuuenis ſagittarius, & à prima eius ſignificatiõe putant deriuari אַרְבֶּה id eſt, locuſta. Exodi 10. Extende manum tuam ſuper terram Ægypti ad locuſtam. רָבַךְ Frixit, torruit: Leuitici 6. Quę in ſartagine oleo cõſperſa frigetur.

✻ רִבּוּעַ Quadrum, quadrangulũ: Exodi 27. Quinq; cubitos in longitudine & totidẽ latitudine, id eſt, quadrũ, quod hebraice uerbum è uerbo ſic: quadrum erit altare. Inde nomen numerale אַרְבַּע quatuor cata protheſin aleph. Exodi 22. Et quatuor oues pro una oue. Inde denominatur quarta pars רְבִיעִית Leuit. 23. Quarta pars hin, & ſic deinceps numerus ordinalis רְבִיעִי neſcio quid dicere uoluit translatio noſtra Numeri 25. Et noſſe numerum ſtirpis Iſraël, cum nulla hic dictio ſtirpem ſignificet: rectius igit ſic, Quis numerauit puluerem Iacob, & numerum quartæ partis Iſraël.

✻ רָבַץ Cubauit, accubauit: Iſaiæ 11. Et pardus cum hœdo acubauit: & Geneſ. 49. Requieſcens accubuiſti ut leo: hebraice ſic, Genu accubauit: & Canticorum 1. Vbi cubes in meridie, & Iſaię 13. Nec paſtores requieſcent ibi ſed requieſcent ibi beſtię. Inde רֶבֶץ accubitus.

✻ רָבַק Saginauit, impinguauit: Amos 6. Et uitulos de medio armenti, rectius ſic: De medio ſaginæ ſeu farciminis, ſignificat enim מִרְבַּק locum ubi animalia farciuntur: ſic enim à M. Catone de re ruſtica loqui docemur.

✻ רָגֶב Glarea, lutum, gleba: Iob 38. Et glebæ compingebantur: & eiuſdẽ 21. Dulcis fuit glarea cocyti: rabi Iona dixit quod ſint loca paluſtris cœni ubi puluiſtantem aquam imbibit.

✻ רָגַז Conturbauit, cõmouit, contremuit, inquietauit, contriſtauit: Hieronymus traduxit iratus eſt: Pſalmo 4. Iraſcimini & nolite peccare: & Prouerbiorum 29. Siue iraſcatur ſiue rideat: & Ioëlis 2. Conturbentur omnes habitatores terræ: & 2. Regum 18. Cõtriſtatus itaq; rex: & Habacuk 3. Turbabantur pelles terræ Madian. Rabi Salomon exponit commoueri: in Pſalmo 4. ſed Geneſis 45. Ne iraſcimini in uia. exponit non iurgamini, & ibi Onkelus chaldaice, ne rixamini. Ionathas uero Chaldęus tremere interpretatur: 2. Regum 22. ubi nos legimus: fundamenta mõtium concuſſa ſunt, Hebræi habent fundamẽta cœlorum: ſed in Pſalmo 18. huic ſimili ſcribitur fundamenta montium. Sic igitur Ionathas ſupra citatum uerſum chaldaice exponit: Fundamenta cœlorum יִרְעוּ id eſt, tremuerunt, licet poſtea cum legitur: quoniam iratus eſt eis, ipſe Ionathas eundem locum per hoc noſtrũ uerbũ trãsferat. Omnia eius uerbi ſignificata tẽdunt ad cõmotionem iræ uel timoris ſiue terroris, ut רִגְזָה tremor. Item אַרְגָּז arca, 1. Regum 5.

* רָגַל Annotauit, detulit, accusauit, diffamauit. detraxit: translatio nostra dolose egit interpretata est. Psalm. 15. Qui non egit dolum in lingua sua. rectius qui non detulit super lingua sua. & 2. Paralipomenon 19. Accusauit me seruū tuum ad te dominum meum regem, id est, detulit uel defamauit: & dicuntur inde delatores & susurrones qui uerba hinc & inde portant & taxant quemlibet in peiorem partem, & explorant cuiuscūq; hominis conditionem atq; uitam. quare legitur 2. Regum 10. Et non ideo ut inuestigaret & exploraret ciuitatem ut euerteret eam. & Genes. 42. Exploratores estis ut uideatis infirmiora terræ uenistis. Aliud significatum רֶגֶל pes, & scribitur sex punctis Deute. 19. Pedē pro pede exiges. et est in singulari generis fœminini. ut Psalmo. Pes meus stetit in directo. & Ezechielis 29. Non pertransibit eam pes hominis: est enim ibi uerbum futuri temporis tertię personę generis fœminini, et clarius eiusdē cap. 1. Et pedes eorum pedes recti: hebraice pes rectus. ponitur autem illic adiectiuum rectus in genere fœminino: & pluraliter generis masculini Leuitici 11. Et multos habet pedes. Reperitur tamen cata prothesin mem in genere fœminino מִרַגְלוֹת Danie. 10. Et brachia eius & quæ deorsum usq; ad pedes. & Ruth 3. A parte pedū. Significat quoq; רֶגֶל uicem. Nume. 22. Cur percutis me ecce iam tertio: & infra. Cur inquit, tertio percussisti, id est, tribus uicibus. Inuenitur etiam רִגְלַי proprium nomen fontis, & fuit cuiusdam magni Iudęorū prę sidis cognomentum Ratisponæ qui uocabatur rabi Iacob margolith, cuius suauissimas ad me datas habeo literas in sermone hebraico elegantes.

* רָגַם Obruit, subiecit. Leuitici 20. Lapidibus obruent eos. & eiusdem 24. Et lapidet eum populus uniuersus.

* רָגַן Susurrauit, murmurauit, mussitauit. Deute. 1. Murmurastis in tabernaculis uestris. & Prouerbio. 26. Verba susurronis quasi simplicia: Vbi scribitur גַּרְגְּנָן in passiuo.

* רָגַע Subitaneauit, si sic loqui liceret, fluctuauit: nostra translatio circūloquitur Iob 26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: hebraice uerius sic, In fortitudine sua fluctificauit mare: & Isaiæ 51. Qui conturbo mare & intumescūt fluctus eius, id est, qui cito concito uel fluctifico mare. Inde רֶגַע subito repente, cito, mox, uelociter, momentū. Psalm. 6. Et erubescant ualde uelociter: aliud significatum רָגַע requiescere. Isaię 30. Ibi cubauit lamia, id est, requieuit: sic eiusdem 51. Et iudicium meum in lucem populorū quiescet: rectius, quiescere faciam: omnia talia moram, statum, & quietem significant.

* רָגַשׁ Tumultuauit, seu uoce anhela sonuit aut fremuit Psalm. 2. Quare fremuerūt gentes: rectius rabi Salomon exponit. Quare congregatæ sunt gentes. quamuis Hieronymus actiue transtulit dicens. Quare congregauerunt gentes: significat autem proprie seditionem conuocare. Hinc רִגֶּשׁ cōmotio, Psalmo 55.

* רָדַד Extendit, sparsit. Psalm. 144. Qui subdit populum meum sub me: rabi Salomon legit, qui extendit & dilatat populum meū, ac si diceret. multiplicat atq; fortificat. Alij per contrarium exponūt, deprimit & infirmat populos. In libris autem emendatis scribitur non per mem finale

finale ſed period, qđ nihilominus ſignificare poteſt populos, ut in arte grammatica, & ſequitur tunc ſub ſe, ut ſit ſenſus, qui comminuit ſeu conterit populos ſub ſe, ſic enim adnotatio quæ dicitur maſſora indicat. Hieronymus uertit: qui ſubiecit populos mihi, ab eo deriuata: 3. Regū 7. Et ſubter leones & boues quaſi lora ex ære dependentia, quod hebraice ſic legitur. Et ſubter leones & boues lora opere extenſo ſeu tentificato. Inde רְרִיד pallium dicitur eo quod extendatur ſuper homines: Canticorum 5. Tulerunt pallium meum, ſed uerius ſignificatur ſindō quam ſuper caput expandunt mulieres.

✻ רָדָה Præfuit, dominabatur: Pſalmo 110. Dominare in medio inimicorū tuorum: & Geneſis 1. Dominamini piſcibus maris: & Numeri 24. De Iacob erit qui dominetur. Aliud ſignificatū, ſumere. Iudicum 14. Quem cum ſumpſiſſet in manibus: & caue ne decipiaris ſimilitudine literarum cum precedenti uerbo paulo ſuperius: deſcenditq; & locutus eſt mulieri: nam iſtic iod eſt litera ſubſtantialis, hic uero iod eſt litera accidentalis.

✻ רָדַם Nutauit dormiendo, uel ſtupore cecidit, uel attonitus lapſus eſt: Danielis 8. Cumq; loqueretur ad me collapſus ſum pronus in terram: & Ionę 1. Et dormiebat ſopore graui, rectius ſic, & dormiebat & nutauit. Inde תַּרְדֵּמָה ſomnus, dormitio, ſopor: Iob 4. Quando ſolet ſopor occupare homines: & Geneſis 2. Immiſit dominus deus ſoporem in Adam.

✻ רָדַף Perſecutus eſt: Exodi 14. Et perſecutus eſt filios Iſraēl: & Pſalmo 34. Inquire pacem & perſequere eam.

✻ רָהָה Formidauit, territus eſt, expauit timuit: Iſaia cap. 44. Ne timeatis neque formidetis.

✻ רָהַב Excelluit, ſuperbiuit: Pſalmo 90. Et amplius eorum labor & dolor: rectius hebraice ſic. Excellētia eorum labor & dolor: & Iſaię 30. Superbia tantum eſt quieſce.

✻ רָהַט Cannale in quibus adaquātur pecora: Geneſis 30. Poſuitq; eas in cānalibus ubi effundebatur aqua: & dicitur ſic à currendo quod per ea de fontibus currat aqua. Nam thargum pro currendo poſuit hoc uerbum. Dicuntur etiam ſic trabes in domibus quibus currit de altera ad alteram: Canticorum 1. Laquearia noſtra cypreſſina, id eſt, trabes, quidam exponunt cardines in quibus currunt ianuæ.

✻ רוב Contendit, litigauit: Iob 39. Nunquid qui contendit cum deo: & Ieremię 2. Propterea iudicio contendam uobiſcum. Inde רִיב cauſa, controuerſia, lis, contentio, iudicium: Deuteronomij 25. Si fuerit cauſa inter aliquos: Geneſis 13. Et facta eſt rixa inter paſtores: & מְרִיבָה in alia forma paulo inferius. Neque ſo ſit iurgium: & Pſalmo 35. Iudica domine nocentes me, pro quo Hieronymus rectius, Iudica domine aduerſarios meos: & Oſeæ 4. Quia iudicium domino cum habitatoribus terrę.

✻ רוד Prędualuit, ſeu prędominatus eſt: Geneſis 27. Tempusq; ueniet cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis, id eſt, prędominaberis.

✻ רָוָה Irrigauit, cōpluuit, inebriauit: Iſaię 55. Sed inebriat terrā: & eiſdē 58. Et erit quaſi hortus irriguus: & Ieremiæ 31. Quia inebriaui animā laſſam. Hinc רִי pro רְוִיָה irrigatio, Iob 37.

✻ רָוַח Dilatauit: translatio noſtra uertit reſpirauit: Iob 32. Loquar & reſpirabo paululũ: Hebræi ſic, Loquar & dilatabitur mihi. Nam pectoris latitudo reſpirationi plurimũ ſeruit atq; ſpiritui humano. Sic 1. Regum 16. & refocillabatur Saul, id eſt, reſpirauit latiore pectore. Inde רוּחַ ſpiritus ut in eodem loco. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus. Significat etiam uentum ſeu flatum. Iob 1. Repẽte uentus uehemens irruit. Numeri 16. Fortiſſime deus ſpirituum omnis carnis. Et ſcripſit ſapiẽs rabi Iacob filius Eleazar, quod ab hoc uocabulo denominẽtur naues בְּרִיחִים eo quod uento ducantur. Iſaiæ 43. Et detraxi uectes uniuerſos, uoluit dicere, naues omnes: ſic etiam ſignificatur pala ſeu uẽtilabrum quo fruges ad uentum purgantur רַחַת Iſaiæ 30. Sicut in area uentilatum eſt, Hebræi ſic, quod uentilat in pala & uentilabro.

✻ רוּם Extulit, leuauit, exaltauit: Pſalmo 56. Exaltare ſuper cœlos deus: & quãdoque ſine uau. Deuteronomij 22. Manus noſtra excelſa: quandoq; aleph loco uau. Zachariæ 14. Et exaltabitur & habitabitur in loco ſuo. Inde per prępoſitionẽ mem מֵרוֹם altum: Pſalmo 68. Aſcendiſti in altum, & cętera deriuata cum literis accidentalibus & appenſilibus. Inde תְּרוּמָה oblatio ſpontanea rerum quę in altum ſuſpẽduntur in templis, quam gręci appellant anathema, translatio noſtra dixit primitias. Exodi 25. Vt tollant mihi primitias: rabi Salomon cũ Onkelo chaldæo exponit ſeparationem ſeu ſegregationem, id eſt, deuotionem & deſtinationẽ: ſic enim dicere ſolemus de ijs qui deſtinantur & deuouentur ad aliquẽ uſum: ut Paulus ad Romanos, ſegregatus in Euangelium dei, hoc eſt, deuotus & deſtinatus ad uſum euangelij. Vocatur item coralius רְאֵמוֹת quod translatio noſtra uertit excelſa. Iob 28. Excelſa & eminentia, uide ſupra in algabis.

✻ רוּעַ Malum fuit, ac ſi uno uerbo dicere liceret abſolute, malauit. Numeri 11. Sed & Moſi intolerãda res uiſa eſt: uerbum è uerbo ſic, Et in oculis Moſi malũ fuit: per camez ſiue uau loco holem. Omnia inde deriuata ut רַע & רָעָה ſignificant malum, triſte, malignũ, turpe. Aliud ſignificatum iobilauit, taratantarizauit. Numeri 10. Si autem prolixior atq; conciſus clangor increpuerit, uerbum è uerbo ſic, Et clangetis taratantara, & infra. Et non conciſe ululabunt, rectius ſic, & non taratantarizabitis, hoc eſt, non iobilabitis, à iobel dictum nõ à iubilo. Sic Sophoniæ 3. Iobila Iſraël. Aliud ſignificatum רֵעַ proximus, amicus. Iſaiæ 41. Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur: & Prouerbiorum 27. Amicum tuum & amicũ patris tui ne dimiſeris: & ſic reperitur cata epentheſin iod. Item aliud ſignificatũ, frangere: Pſalmo ſecundo. Reges eos in uirga ferrea: rectius ſic, Franges eos. Rabi Salomon exponit תְּרוֹעֲצֵם id eſt, cõteres ſiue confringes eos. Hieronymus apte uertit, franges eos.

✻ רוּשׁ Contremuit, commotus eſt, mobilitauit, fractum eſt. Ezechielis quadrageſimoſeptimo. Et folia eius ad medicinam, rectius, ad motionem, infirmitatem, plagam & fracturam ſcilicet tollendam atq; reparandam, hoc eſt, quod plagam reſtituat. Vnde legitur Iob uiceſimoſexto. Columnæ cœli contremiſcũt, ſcilicet frangendæ: ubi ſignificat motionẽ. Item ſecundo Regũ uiceſimoquarto.

Ceſſet manus tua, pro, amoueatur manus tua. Item חֲרִיפוֹת ſunt grana triticea contuſa: 2. Regum 17.

✻ רוּץ Cucurrit: Geneſis decimooctauo. Ipſe autem ad armenta cucurrit: primo Regum decimoſeptimo. Cucurrit ad locum certaminis: & Iob decimoquinto. Cucurrit aduerſus eum erecto collo: & Canticorum primo. Thahe me poſt te, Curramus. Aliud ſignificatum confringere, conterere. Eccleſiaſtis duodecimo. Et confringatur rota ſuper ciſterna: & Iudicum decimo. Et confregit cerebrum eius, & geminatur quandoq; finalis litera z ade: Geneſis uiceſimoquinto. Sed collidebantur in utero eius paruuli, id eſt, conterebantur. Hinc מְרוּצָה confractio, Ieremiæ 22.

✻ רוּשׁ Eguit, indiguit: Pſalmo triceſimoquarto. Diuites eguerunt & eſurierunt: uerius & rectius, S. Hieronymus ſic: Leones indiguerunt & eſurierunt, Inde רֵשׁ & רָשׁ pauper & paupertas: & pauperifico, ſi ſic loqui liceret: Prouerbiorum uiceſimoſecundo. Diues & pauper obuiarunt ſibi: & primo Regum ſecũdo. Dominus pauperẽ facit & ditat, pro, pauperificat. Sunt autem hęc ſynonyma רֵשׁ עָנִי אֶבְיוֹן דַּךְ דַּל מִסְכֵּן רָוָה ſicut apud latinos pauper, egenus, inops.

✻ רָוָה Extenuauit, attenuauit, macrefecit: Sophoniæ ſecundo. Et attenuabit omnes deos terræ. Inde nomen רָזוֹן macilentia, tenuitas & cętera. Iſaiæ decimo. Propter hoc mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatem, id eſt, macredinem.

Munſt. Eſt etiam רָז idẽ quod סוֹד ſecretum, Iſaiæ 24.

✻ רָוַח Tabernauit, cauponauit. Inde בֵּית מְרְוַח domus cauponaria ſeu caupona dicitur. Ieremiæ decimoſexto. Hæc enim dicit dominus ne ingrediaris domũ conuiuij, ſcilicet ad auferendum luctum: & Amos ſexto, & auferetur factio laſciuientium, rectius cauponaria.

✻ רָזַם Innuit: Iob decimoquinto. Et quaſi magna cogitãs attonitos habes oculos, uerbum è uerbo ſic rectius, Et qd innuunt oculi tui: per conuerſionem literarum רָמַז quo uerbo utimur quando allegoriam uel trãſumptionem aliquam ſenſuũ in ſcripturis innuimus, aut aliud in cortice uerborum cernimus, aliud in eorum medullis latere intelligimus.

✻ רָזַן Princeps, tyrannus, dominus: Pſalmo ſecundo. Et principes conuenerunt in unum: Habacuk 1. Tyranni ridiculum eius erunt.

✻ רָחַב Dilatauit, primo Regum ſecundo. Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos. Inde רוֹחַב latum & latitudo & cętera deriuata: Pſalmo centeſimo decimonono. Latum mandatum tuum nimis: & maxime in forma grauium: ut Iſaiæ quinquageſimoquarto. Dilata locum tentorij tui. Inde dicitur רְחוֹב platea, uia lata & ſpacioſa, à latitudine gręce ſic appellata: Geneſis decimonono. Sed in platea manebimus.

✻ רָחֵל Ouis, agnus: Iſaiæ 53. Et quaſi agnus coram tondente ſe, & ſic in fœmino: & pluraliter maſculine Geneſis 32. Oues ducentas.

✻ רָחַם Miſertus eſt: Pſalmo 103. Quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentium ſe. Inde רַחֲמִים miſericors, miſeratio, miſericordia. Habacuk 3. Cum iratus fueris miſericordię recordaberis. Aliud ſignificatũ

diligere

diligere, amare, Psalmo 18. Diligam te domine fortitudo mea: & hoc discitur ex thargum. Aliud significatū per sex puncta רֶחֶם matrix, uterus, uulua. Exodi 34. Omne quod aperit uuluam: & Psalmo 110. Ex utero ante luciferum. Aliud significatum רַחַם mulier, iuuencula, fœmina. Iudicum quinto. Et pulcherrima fœminarum eligitur ei: rectius uerbū è uerbo sic, Nunquid inuenient, diuident spolium, mulierē, duas mulieres per caput uiri, id est, unicuiq; uiro in prędam dabit iuuencula uel duæ iuuenculæ, sic Dauid Kimhi in commentarijs super quatuor. Aliud significatum רַחֲמָה Porphyrion auis. Leuitici undecimo. Et onocrotalū & porphyrionem.

✻ רָחַת Mobilitauit, cōmotum est, mouitabat, absolute: Ieremiæ 23. Cōtremuerunt omnia ossa mea, rectius secundum Septuaginta, Cōmota sunt: & proprie significat talem motionem qualem peragit miluus aut alia auis pendens in aēre cum furtim descendendo cupit prę dę incumbere, quod aperte indicat uersus Deuteronomij 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos & super eos uolitās: & Geneſis primo. Et spiritus dei ferebatur super aquas: uerbum è uerbo sic, Et spiritus dei mouitans seu uolitans aut uelitans super faciem aquarum.

✻ רָחַץ Abluit, lauit: Isaiæ 4. Si abluerit dominus sordem: & Exodi 29. Cunq; laueris patrem cum filijs suis aqua: uerbū è uerbo sic, & lauabis eos aqua. Inde רַחַץ quod nos legimus Psalmo sexagesimo. Moab olla spei meę, rectius uertit Hieronymus, Olla lauacri mei.

✻ רָחַק Elongatum est, longinque fuit: Isaiæ 59. Propter hoc elongatum est iudiciū à nobis. Inde nomen רָחוֹק Psalmo 10. Vt quid domine recessisti longe: & in alia forma uerbum Iosue octauo. Nec longius recedatis, & in alia forma longinquus: Iosue nono. De terra longinqua uenimus, & sic de alijs deriuatis. Itē מֵרְחָק longinquum: Isaiæ 13.

✻ רָחַשׁ Eructauit, produxit, promouit: Psalmo 45. Eructauit cor meum uerbum bonum: significat & cata prothesin mem & paragogen thau מַרְחֶשֶׁת caldarium, uel secundum nostram translationem craticulam: Leuitici 2. Si autem de craticula fuerit sacrificium.

✻ רָטֵט Tremulus uel tremor: Ieremiæ 40. Tremor apprehēdit eā, & significat sicut retheth, & scribitur sex pūctis.

✻ רָטַב Viridauit, humectauit: Iob 8. Humectatus uidetur antequam ueniat sol: & eiusdem 24. Quos imbres montium rigant.

✻ רָטַשׁ Extenuatus est, cōsumptus est: Iob 33. Consumpta est caro eius.

✻ רָטַשׁ Intremit, fidit, dissecuit, collisit, allisit: Isaiæ 13. Infantes eorum allidētur in oculis eorum: & paulo inferius. Sed sagittis paruulos interficient.

✻ רִיחַ Olfecit, odorauit: Psalmo 114. Nares habent & non odorabunt: & Iob 39. Procul odoratur bellum: & Geneſis 8. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis. Aliud significatum רֵחַיִם mola ex superiore & inferiore lapide cōstructa, propterea est pluralis numeri tātum. Deuteronomij 24. Non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molā, quamuis inferior lapis solum hoc uocabulo nominetur, nam superior à currendo dicitur currus: & Isaiæ 47. Tolle molam & mole farinam.

✻ ריק Vacuum, inane: Geneſis quadrageſimoſecundo. Cum frumenta effunderent ſinguli repererũt in ore ſaccorum ligatas pecunias: uerbũ è uerbo ſic, Illi euacuantes ſaccos ſuos & ecce unuſquiſq; colligatura in ſacco ſuo. Et Pſalmo ſecundo. Et populi meditati ſunt inania: & Eccleſiaſtis undecimo. Si repletæ fuerint nubes imbrẽ ſuper terram effundẽt, id eſt, euacuabũt, & Canticorum primo. Oleum effuſum nomen tuum, id eſt, euacuatum. Eſt autem illic nomen adiectiuũ per prępoſitionẽ thau ſcriptũ תּוּרַק non obſtante quod ultima notetur per patha. Aliud ſignificatum חֲרִיק euaginare. Leuitici uiceſimoſexto. Et euaginabo poſt uos gladium, & ſic ſignificat arma parare atq; educere ad prælium.

✻ ריר Statuit, fluxit: Leuitici decimoquinto. Adhęſerit carni eius atq; concreuerit fœdus humor, ubi translator iterum receſſit à uerbis ut ſequeretur floſculos dicendi, pro illo ſcatente humore ſaliuam legimus primo Regum uiceſimoprimo. Defluebantq; ſaliuę eius in barbam.

✻ רַבַּד Extenuauit, molliuit, mollificauit, leniuit, tenerum fecit: Pſalmo quinquageſimoquinto. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, id eſt, tenera uerba fecerũt. Inde רָךְ tener & tenellus. Geneſis decimooctauo, uitulum tenerrimum & optimum: & Prouerbiorum quarto. Tenellus & unigenitus: & Geneſis uiceſimonono. Et Lia lippis erat oculis: debuit dicere teneris oculis, & uerbum iterũ Deuteronomij uiceſimo. Non pertimeſcat cor ueſtrum, rectius, non molliſcat, hoc eſt, ne mollificetur cor ueſtrum: & ſic cętera deriuata.

✻ רָכַב Vectus eſt, equitauit, ferebatur ſeu latus eſt, inſidit tertiæ coniugationis, portatus eſt. Numeri 22. Non'ne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti: pro qui inſediſti ſuper me. Inde nomina מֶרְכָּבָה & רֶכֶב equitatus, & currus, & omnis uectura. Canticorum 1. In curribus Pharaonis. Inde dictus eſt aſcenſor רוֹכֵב qui uehitur. Exodi 15. Equum & aſcenſorem: & Pſalmo ſexageſimooctauo. Qui aſcendit ſuper cœlum: multa tranſumptiue inde deriuantur quæ per teipſum uidebis.

✻ רָכַל Negociatus eſt, mercimoniauit, ſeu mercatus eſt. Ezechielis decimo ſeptimo. In urbe negociatorum poſuit illam. Et Nehemię tredecimo. Et manſerunt negociatores & uendentes uniuerſa uenalia foris Ieruſalem. Dicitur etiam ſic רוֹכֵל aromatarius, pigmentarius, ungẽtarius, apothecarius: Canticorum tertio. Vniuerſi pulueris pigmẽtarij. Aliud ſignificatum רָכִיל fraudulentus ſuſurro, delator: Leuitici decimonono. Non eris criminator nec ſuſurro in populis, & Prouerbiorum undecimo. Qui ambulat fraudulenter.

✻ רָכֶס Mons altiſſimus, uel altitudo montium: Iſaiæ quadrageſimo. Et aſpera in uias planas. Inde deriuatur uerbum quod ſignificat eleuare ſeu ſurſum trahere, fortificare. Exodi uiceſimooctauo. Et ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis rectius ſic uerbum è uerbo. Et eleuent ſeu ſurſum trahãt rationale de annulis ſuis ad annulos ephod, ſcilicet quod ſupra illud erit.

✻ רֶכֶשׁ Animal quoddam celerrimum uecturæ ac equitatui aptum: quidã putãt mulos eſſe, alij camelorum genus, alij dromedarios, translatio noſtra habet uereda-

ueredarios: Esther 8. Et missę per ueredarios qui per omnes prouincias discurrentes: sed translator iterum rhetorico more orationis ornatum sequens uerba dimittit: sic enim hebraice legitur. Et missę sunt epistolę per manum cursorum in equis, equitantiū uelocissimos equos: dromedarios, pullos mulorum, ut sit figura articulus: & iterum Micheę 1. Tumultus quadrigę stuporis habitāti Lachis: nescio quid dicere uoluit, sed hebraice sic legitur. Liga currū ad equum uelocissimū, quæ habitas Lachis. Aliud significatum רְכוּשׁ omnis substantia bonorum quæ possidentur ab homine generaliter siue in rebus immobilibus seu mobilibus ac se mouentibus: Genesis 14. Da mihi animas cętera tolle tibi, id est, da mihi homines, substantiam bonorum sume tibi, & sic significat opulentiam & diuitias.

✻ רָמַם Exaltauit, sublimauit: Iob 22. Et super stellarum uerticem sublimetur, rectius sic, Et cerne cacumen stellarū quod exaltatę seu sublimatę sunt, & Ezechielis 10. Et eleuata est gloria domini super Cherubim, & inde nomen רָם Psalmo 113. Excelsus super omnes gentes dominus: & sic in alio significato cata paragogen nun רִמּוֹן malum punicum siue pomum gratum, Canticorum 4. Sicut fragmē mali punici. Aliud significatum רִמָּה uermis: Iob 21. Et uermis operiet eos. In alio loco interpretatur tinea. Isaiæ 14. Subter te sternetur tinea. Aliud significatum מִרְמָה & רְמִיָּה fraus & dolus. Prouerbiorum 26. Ita uir qui fraudulēter nocet amico suo: & Oseæ 7. Quasi arcus dolosus, aliud significatum רָמָה iacere siue iactare. Exodi 15. Equum & ascensorem deiecit in mare. Vnde quidam præcedentem Oseæ uersiculum exponunt de arcu iaculorum.

✻ רֹמַח Lancea, pugio, hasta: Numeri uicesimoquinto. Et arrepto pugione ingressus est post uirum: & Ieremiæ 46. Polite lanceas.

✻ רֶמֶךְ Mulus magnus ex equa natus: Esther octauo, ueredarios &c. ubi dicitur rectius, Mulos iuuenes pullos equarum.

✻ רָמַס Conculcauit: Psalmo 91. Cōculcabis leonem & draconem: & Ezechielis 26. Conculcabit omnes plateas tuas: & inuenitur per sin in fine loco samech consimilis quasi significationis. Genesis septimo. Consumptaq; est omnis caro quæ mouebatur super terram. Inde repere, reptare, & reptile, & alia deriuata. Item מִרְמָס conculcatio: Isaiæ quinto.

רָנַן & רִנַּן Exultauit, iocūdatus est, factus fuit, lętatus est, uafredixit: & qa aperit se homo in scōmatis iocis & uafre dictis, ideo puto trāslationē nostrā aperiri, hoc est, dissolui in iocos interpretatā. Isaiæ 35. Et aperta erit lingua mutorū: sic Psal. 51. Exultabit lingua mea iusticiam tuam. Zachariæ secundo. Lauda & lætare filia Sion: rectius secundum Septuaginta. Lętare & gaude filia Sion: omnia deriuata, ut sunt רִנָּה & רִנָּנָה significant lęticiam uocalem & clamorem lętum, Aliud significatum רָנָן noctua seu alia auis nocturna quę uociferat huhu, nostra translatio uertit struthionē: Iob 39. penna struthionis.

✻ אַרְנֶבֶת Prępositione aleph & cata paragogen thau significat leporem: Deuteronomij decimoquarto. Camelum leporem & chęrogylium: mendosi libri nostri habent chirogrillum.

✻ רָסִיס Stilla, gutta: Canticorum 5.

Et cincinni mei guttis noctium, id est, stillis: sic enim thargum exponit. Aliud significatum rima, fissura, Amos sexto. Et percutiet domum maiorem rimis: nam ruinis menda est.

✻ רֶסֶן Frenum, capistrum: Isaię tricesimo. Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum: & Psalmo tricesimo secundo. In camo & freno.

✻ רָעַב Esuriuit. Psalmo tricesimo 4. Diuites egueruntet esurierunt: & Isaię quadragesimonono. Non esurient neq; sitient. Inde nomen רָעָב Genesis quadragesimo primo. Et in uniuerso orbe fames preualuit.

✻ רָעַר Tremuit. Psalmo 104. Qui respicit terram & facit eam tremere. Inde nomen רַעַר & רְעָרָה Exodi 15. Robustos Moab obtinuit tremor.

✻ רָעָה Pauit, rexit gregatim, scilicet ut pastor: Ieremię quinquagesimo. Et pascetur Carmelus & Basan: & Isaię 5. Et pascentur agni iuxta ordinem suum. Inde nomen רוֹעֶה Psalmo uicesimotertio. Dominus regit me & nihil mihi deerit, quod Hieronymus multo rectius uertit sic, Dominus pastor meus: & Canticorū primo, ubi pascas: & infra. Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum: qđ per licentiā quandoq; deponit mem plurale, ut Isaię tricesimooctauo. Quasi tabernaculum pastorum: potest tamen interpretari, quasi tabernaculum pastoris, ut sit iod finale loco he, ut in grāmatica. Inde מִרְעִית pascua & alia deriuata. Aliud significatum, in uanum laborare, frustra absumere, affligere, defatigatio. Ecclesiastis primo. Vanitas & afflictio spiritus: & infra. Labor & afflictio spiritus, id est, absumptio spiritus: sic Oseę 12. Ephraim pascit uentos, rectius, Ephraim frustra absumit uentum, eo quod non iuuatur neq; alitur ex eo. Aliud significatum רֵעַ amicus. Leuitici decimonono. Diliges amicum tuum sicut teipsum: similiter רֵעָה amica. Canticorum secundo. Amica mea formosa mea. Aliud significatū רֵעָה uoluntas, cogitatio: Psalmo centesimo tricesimonono. Intellexisti cogitationes meas delonge. Aliud significatum conquassare, conterere, cōfringere. Ieremiæ secundo. Constuprauerunt te usq; ad uerticem: rectius interpretatur Nicolaus de Lyra confregerunt te: huic simillime quidam Hebræorum exponūt uersiculum Iob uicesimoquarto. Pascit sterilem quæ non parit, sic: Conquassat & confringit sterilem quæ non parit & uiduæ non benefacit: sed rabi Salomon exponit de duabus uiduis, una quæ habet liberos eget & esurit, altera quæ non habet liberos pascitur & lætatur. Item Micheæ quinto. Et pascent terram Assur in gladio, rectius sic: Et confringent seu conquassabunt terram Assur gladio.

✻ תִּרְעֵלָה Tremor, fremitus, tumultus, translatio nostra diuersimode uertit crapulam, compunctionē, soporem: Zachariæ 12. Superliminare crapulæ omnibus populis: pro quo Septuaginta. Superliminaria quæ mouentur, intelligo quæ tremunt: & Nahū 2. Et agitatores cōsopiti sunt, pro quo Septuag. timebunt: & Psal. 60. Potasti nos uino cōpunctionis: pro quo Hieron. uino cōsopiente, sed proprietas huius uerbi est fremere & tremere. Aliud significatū רְעָלָה mitra adornata monilibus. Isaiæ 3. Armillas & mitras & discriminalia: magisti Hebræorū

dicunt

dicũt esse uela mulierũ, quibus orientales solẽt caput obnubere ne facies uideant.

רָעַם Tumultuauit, indignatus est, furit, motauit, contremuit. Ezechie. 27. Motauerunt uultus, non mutauerunt, ut quidam mendosi codices habent, quasi diceret indignãter detestati sunt, ab eo sci licet motu tumultus atq; tremore: translationes nostræ uerbum hoc ad tonitrua transumpserunt. 1. Paralip. 16. Tonet mare & plenitudo eius. pro cõtremiscat: nõ enim Neptuni sed Iouis tonare est. sic 2. Reg. 22. Tonabit de cœlo dñs, & Psalm. 18. similiter. Inde nomen רַעַם Iob 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri: potius dixisset fulgur, nã tonitru non cernitur, sed rectius hebręi sic: Et tumulum seu indignationem fortitudinis eius quis intelliget?

רָעַן Virescebat, uiridis fuit, & nõ crebrescit in usu nisi per duplicationem nun finalis. Cantic. 1. Lectulus noster floridus, uiridibus obductus. Inde nomen רַעֲנָן Psalm. 52. Ego autẽ sicut oliua fructifera. ꝑ quo rectius interpretat Hiero. in suo psalterio. sicut oliua uirens.

רָעַף Stillauit, rorauit. Prouer. 3. Et nubes rore concrescunt. rectius sic. Et nubes stillabunt rorem. & Psalm. 65. Et Et campi tui replebunt ubertate, pinguescent speciosa deserti: sed rectius uertit Hieronymus rorabuntur pinguedine, hoc est, stillabunt.

רָעַץ Detriuit, cõtriuit, dissipauit, cõfregit, perdidit. Exodi 15. Dextera tua percussit inimicũ, id est, confregit perdidit. Iudic. 10. Afflictiq; sunt ac uehementer oppressi, id est, detriti, dissipati atque confracti sunt.

רָעַשׁ Concussit, impetuose cõmouit, tremuit. Ezech. 38. Et cõmouebũtur à facie mea pisces maris. & eiusdem 26. Cõmouebuntur insulæ. & uerbũ transitiuũ Iob 39. Nũquid suscitabis eum quasi locustam, pro, commouebis eum. Quotiens aũt reperitur significare augmentũ & multiplicationẽ, cõtingit illud per methatesin literarum. Hinc nomen רַעַשׁ commotio: Ezechielis 5.

רָפָא Restituit, integrauit, sanauit, medicauit. Isaię 6. Et cõuertatur & sanem eum. Ieremię 17. Sana me domine & sanabor. & Genes. 20. & sanauit deus Abimelech. Inde רִפְאוּת medici & unguẽtarij. Genẽ. 50. Præcepitq; seruis suis medicis, ut aromatibus condirent patrẽ. Inde nomen מַרְפֵּא & רְפָאִים medicina, sanitas, &c. Iere. 46. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi, quandoq; mutatur aleph in he & idem significat. ut Iere. 3. Cõuertimini filij reuertẽtes & sanabo auersiones uestras, quãuis in multis tam impressis quàm scriptis codicibus inueniatur scriptũ in eodẽ loco per aleph, tamẽ in libris castigatis additur massora quæ indicat ibi scribendũ per h. Item 2. Paralip. 7. Et sanabo terram eorũ, id est, restituã. Aliud significatũ רָפָא gigantes, homines robusti. Deute. 2. Gigantes sicut Enakim: aliud significatũ mortuus. Psal. 88. Aut medici suscitabunt & cõfitebũtur tibi. pro quo Hieronymus: & gigantes resurgent, sed rectius sic: aut mortui resurgẽt et laudabũt te. sic Prouerbi. 21. Vir qui errauit in uia doctrinæ in cœtu gigantũ commorabitur, rectius sic, In congregatione mortuorum morabitur.

רָפַר Pauimentauit, strauit. Iob 41. Et sternet sibi aurum quasi lutum: rectius sic, Sternet aurum super lutum. Inde

nomen רַפִּידָה Cantic. 3. Reclinatorium aureum, pro, ſtratum aureū. Aliud ſignificatum cōfortare, ſtipare. Canticorum 2. Stipate me malis.

* רָפַח Reſedit, quieuit. Iudicum 8. Quod cum locutus eſſet requieuit ſpiritus eorum: ſic etiam Ionathas chaldæus exponit. Inde nomē רָפֶה impotēs, infirmus, et debilis, eo q̄ facile quieſcat. Numeri 13. Vtrum fortis ſit an infirmus: & paſſiuū legitur Exodi 5. Vacant enim & iccirco uociferātur, quaſi dicere liceret, quietificantur ipſi: & inuenitur quādoq̄ aleph pro he finali, ut Eccleſiaſ. 10. Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima, rectius ſic, Impotētia deprimit peccata magna. Significat & dimittere, deponere, relinquere 2. Regū 24. Contine manum tuam: rectius ſic. Fac quieſcere manū tuam, uel potius dimitte manum tuam.

* רָפַס Ambulauit, cucurrit, inceſſit. Pſalm. 68. Vt excludant eos qui probati ſunt argento: translationes huius uerbi ſunt uariæ & obſcuræ. Hiero. uertit calcitrantes contra rotas argenteas: rabi Salomon exponit quod non occurrant uni cuiq̄ homini ſed tantum ei qui faciat ad eos currere argentū, uel aliter, quod nemo placeat eis niſi cui placet argentum. Et inuenit quandoq̄ per ſin loco ſamech ſcriptum.

* רָפַר Ratis 2. Paralip. 2. Et applicabimus ea ratibus per mare in Iope.

* רָפַק Iunctus, innixus, cohærens, conglutinatus eſt. Canticorum 8. Innixa ſuper dilectum ſuum.

* רָפֶשׁ Fœditas, cœnum, tranſlatio noſtra uertit conculcationem. Iſaiæ 57. In conculcationem & lutum.

* רֶפֶת Stabulum iumentorū; tranſlatio noſtra uertit præſepe. Habacuk 3. Et non erit armentum in præſepibus.

* רָצַץ Colliſit, contriuit, deſtruxit, confregit, perdidit, oppreſſit. Amos 4. Et cōfringitis pauperes. & 1. Regum. 12. Si oppreſſi aliquem.

* רָצַר Saltauit, inſultauit, exultauit, laſciuiuit. Pſal. 68. Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos: rectius ſic, quare ſaltatis montes coagulorum?

* רָצָה Voluit, placuit. Pſalmo 102. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius. & Pſalmo 149. Quia beneplacitū eſt domino in populo ſuo. & inde nomen רָצוֹן beneplacitū, uoluntas, beneuolentia. Pſalmo 30. Et uita in uoluntate eius. Aliud Leuitici 26. Tunc placebūt terræ ſabbata ſua, id eſt, tunc perficiet, exequetur ſeu complebit terra ſabbata ſua, ſcilicet reſtantia quæ uos non compleuiſtis. Aliud ſignificatum, conuerſari. Pſal. 50. Videbas furē currebas cum eo: pro, conuerſatus es cū eo: & inuenitur per aleph in fine loco he, ſignificatq̄ procedere ſeu ire. Ezechielis primo. Et animalia ibant & reuertebantur.

* רָצַח Occidit. Deute. 4. Qui occiderit nolens proximū ſuum. Inde רוֹצֵחַ occiſor, homicida, ut ibi: & eiuſdem 19. Qui propter homicidium profugus eſt, & hæc erit lex homicidæ.

* רָצַע Perforauit. Exodi 21. Perforabitq̄ aurē eius ſubula ſeu perfoſſorio inſtrumento. ſic habes uerbum & מַרְצֵעַ nomen.

* רִצְפָּה & רַצָּה Carbo uiuus de pruna, quem tranſlatio noſtra calculum uocat. Iſaiæ 6. Et in manu eius calculus quē forcipe tulerat de altari. & 3. Regum 19. Et ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis, rectius

rectius sic. Placenta carbonum. Aliud significatum pauimentū. Ezechielis 40. Et pauimentum stratum lapide in atrio. & Esther 1. Super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide. Inde uerbum תִּצְחַ medio charitate constrauit, recte sic: Interius pauimentatur amor.

רַק Quippe, nempe, uerumtamē, tantūmodo, forsitan. Deutero. 3. Solus quippe Og rex Basan, Psal. 32. Verumtamen in diluuio aquarum multarum. & Isaiæ 28. Tantūmodo sola uexatio intellectum dabit auditui. & Genes. 20. Forsitan non est timor dei in loco illo: & sic uarie intelligitur significatū eius secundum quod orationi cuiq; applicatur, quemadmodum aliorum significatiuorum.

רָזַק & רַק Cōsumptus, exhaustus, tenuis, miser, macilētus. Geñ. 41. Et ecce has sequebantur aliæ septē boues in tantum macilētę. & sic deinceps ubi iterum translator plus oratoris quam interpretis fungitur munere, & à tenuitate dicuntur sic רְקִיקִים lagana, crustulæ, placētæ tenues. Exodi 29. Lagana quoq; azyma oleo lita. Aliud significatū רַקָּה tempora capitis. translatio nostra habet gena, eo q; ibi sit tenuitas carnis. Cantic. 4. Sicut fragmē mali punici ita genę tuę. Aliud significatū spuere, sputū, saliua. Deuteronomij 25. Et spuet in faciem eius. & Leuit. 15. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit. & Iob 30. Et faciē meam conspuere non uerentur. & eiusdem 7. Vt glutiam saliuam meam.

רָקַב Putruit. Isaię 40. Forte lignū imputribile elegit artifex. & Prouer. 10. Et nomē impiorū putrescet: & inde רָקָב nomē putredo, caries. Iob 13. Et quasi putredo consumpti sunt. & eiusdem 41: & lignum putridum æs.

רָקַד Exiliuit, saltauit, exultauit. Psal. 114. Montes exultauerūt ut arietes. & Ecclesiastis 3. Tempus plangendi & tempus saltandi. & uerbum graue רָקַר Isaię 13. Pilosi saltabunt ibi.

רָקַח Condiuit, pigmētauit, coxit, unguentariorū more cōmiscuit, uel sicut apothecarij solent composuit. Exodi 30. Homo quicunq; tale cōposuerit. Inde nomen מְרֻקָּחַת ut ibi, unguentū compositū opere unguētarij. Item thymiama cōpositū opere unguentarij. & Cantic. 5. Consitę à pigmētarijs. Omnia deriuata significāt aromatica cōdimēta medicorū seu apothecariorū. Hinc רוֹקֵחַ aromatarius.

רָקַם Acupinxit, imaginibus intexuit, polymitauit, & si dicere liceret, texi pinxit. Psal. 138. Et substantia mea in inferioribus terrę. Hiero. Imaginatus sum in nouissimis terrę: uoluit dicere, cōtextus sum in inferioribus terrę, id est, in matrice. & Exodi 26. Coccoq; bistincto & bisso retorta opere plumario: rectius, opere acupictorio siue textorio. Inde רִקְמָה uestis imaginibus intertexta seu uestis discolor & polymita, ut Ezech. 16. Et uestiui te discoloribus: & infra, Et sumpsisti uestimenta tua multicoloria. Iudic. 5. Vestes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prędam, & suppellex uaria ad ornanda colla cōgeritur: rhetorica interpretatio.

רָקַע Expandit, extendit. Isaię 44. Stabiliens terrā & nullus mecū, pro, expandens seu amplians: & 2. Regum 22. Comminuam eos atq; confringam, pro, atq; distendam & extenuabo eos calcando. Inde nomē רְקִיעַ expansio seu extensio, quod firmamentum nominamus. Geñ. 1. Fiat firmamentū. Sic Nume. 16.

Et pro

Et producat ea in laminas: & infra, et produxit ea in laminas, id est, tundendo amplians & extendens scilicet malleo. Illud autē quod legitur Ezech. 6. Et allide pedem tuū, potest exponi, calca pede tuo, scilicet extendendo puluerem seu lutum quod sub pede est.

✽ רָשַׁשׁ Perijt, depauperatus est, ad summam miseriam redactus est, neutro passiue: Malachiæ primo, quod is dixerit Idumæa, destructi sumus. id est, secundum Dauid kimhi in cōmentarijs, pauperes et miseri sumus: ex quo intelligitur id quod legitur Ieremię 5. Et conteret urbes munitas tuas, id est, de paupabit atq; perdet. Aliud significatum per præpositionem thau & hirek in fine תַּרְשִׁישׁ lapis preciosus, quē translatio nostra hyacinthum nominat, Canticorum quinto. Plenæ hyacinthis: alio in loco traducitur chrysolithus, Danielis 10. Et corpus eius quasi chrysolithus. Significat etiam quandam insulam quæ dicitur Tharsis, Ionę 1. Vt fugeret in Tharsis. Ab hoc uocabulo deriuantur pauper & paupertas, & cętera deriuata per apocopen, de quibus supra in רוש dictum est.

✽ רָשָׁה Iussus, mandatū, translatio nostra præceptū uertit & recte. Ezre 3. Secundum quod præcepcrat Cyrus rex persarum eis. Hinc nomen רְשִׁיוֹן licentia, facultas, ibidem.

✽ רָשַׁם Significauit, notauit, insinuauit, intimauit. Danielis 10. Annunciabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis, pro eo quod legi deberet, significatum seu notatum est.

✽ רָשַׁע Peccauit, inique egit, impie gessit. Psalmo 18. Nec impie gessi à deo meo. & Eccles. 7. Ne impie agas multū: & in alia forma Danielis 9. Peccauimus iniquitatem fecimus inique egimus. Et nomē רָשָׁע iniquus, impius, peccator. Prouerbiorū 11. Impius facit opus instabile: & Psalm. 50. Peccatori autem dixit deus: & prima per segol רֶשַׁע peccatū, impietas, Ecclesiastis 8. Neq; saluabit impietas impium: cui sępe additur he in fine fœminini generis רִשְׁעָה Zachariæ 5. Hæc est impietas.

✽ רֶשֶׁף Carbo ignitus, teda uel lampas. Canticorū 8. Lampades eius ut lampades ignis atq; flammarum: Hebræi exponūt ut carbones. sed capitur quādoq; pro dęmone urente, Habacuk 3. Ēgredietur diabolus ante pedes eius: alij traducunt pestilentiam quæ suo ardore interfecit, alij febrem intensam, quod idem est. Aliud significatum ferrum acutum in capite sagittę, sed Hieronymus pinnas arbitratur esse in posteriore sagittarum parte quæ ipse uolatilia uocat. Psalmo 76. Ibi confregit potentias arcum, pro quo Hieronymus: Ibi confregit uolatilia arcus, Hebręi uero, Ibi cōfregit aculeos arcus.

✽ רֶשֶׁת Rete proprie, & ab alijs uocatur laqueus. Iob 18. Immisit enim in rete pedes suos. & Psalm. 57. Laqueum parauerunt pedibus meis. Oseę 7. Et cū profecti fuerint expandā super eos rete meum. & Exodi 27. Craticulamq; in modū retis ęneam.

✽ רִתֵּת Tremor. Oseę 13. Loquente Effraim horror inuasit Israël.

✽ רָתַח & רִתַּח Bulliuit, elixauit, efferuendo coxit. Ezechielis uicesimoquarto. Efferbuit coctio eius.

✽ רֹתֶם Iuniperus 3. Regum 19. Et sederet subter unam iuniperum: alij exponunt genestam. Aliud significatū ligare.

Micheę

Micheę primo. Tumultus quadrigę: rectius sic, Liga quadrigam.

✻ רְתֹק Clausura, catena, conclusio. Ezechielis 7. Fac conclusionem. & illud quod legitur Ecclesiastis 12. Antequam rumpatur funiculus argenteus, legūt alij sic: Quo usq; non catenabitur funiculus: sic Nahū 3. Et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus, id est, catenati sunt seu clausi.

וישמח יהוה במעשיו

שֵׁשׁ Byssus, pannus lineus. Exodi 25. Et byssum & pilos caprarum: & eiusdem 27. & bysso retorta. & Genes. 41. uestiuit eum stola bissina.

✻ שִׁשָּׁה In sex partes diuisit, quasi diceret liceret, sextauit, sicut dicimus decimauit. Ezech. 45. Et sextam partem ephi de coro hordei: uerbum è uerbo sic, & sextabitis ephi de mensura hordei. Patitur quādoq; epenthesin aleph. Itē nomē sex שִׁשָּׁה & שֵׁשֶׁת Exodi 16. Sex diebus colligite, & inde deriuata ut in grāmatica.

✻ שֹׁשַׁן Lilium, uiola, rosa. Canticorum 2. Ego flos campi & lilium conuallium: & ibi, sicut lilium inter spinas: & sicut Rhodus à rosa & Florentia à flore, sic Susan ciuitas regalis et electa. Ester secundo. Erat uir Iudęus in Susis ciuitate.

✻ שֵׁשֶׁר Color rubeus & illustris ex terra rutila cōfectus, quo usi sunt ueteres ad splendorem pictoribus ad penicillum aptus, à Sinope urbe dictus Sinopis ubi foditur, ut scribit Plinius naturalis historiæ libro 34. cap. 6. Est autē Sinope, Stephano Byzantio de urbibus authore, ciuitas splēdidissima Pōti, à Macritio Coo statuta, & scribitur prima uocabuli Sinopis per iota, habetq; penultimā longam. De isto colore loquitur Ieremias cap. 22. Et facit laquearia cedrina pingitq; sinopide. Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit significare minium.

✻ שָׁאַב Hausit. Isaię 12. Haurietis aquas in gaudio. & Genē. 24. Vt hauriret aquā & hausta omnibus camelis dedit.

✻ שָׁאַג Rugiuit. Amos 3. Leo rugiuit, quis non timebit: & paulo superius: nunquid rugiet leo in saltu: & Psalm. 36. Rugiebam à gemitu cordis mei. Hinc nomen שְׁאָגָה rugitus.

✻ שָׁאָה Consternauit, deuastauit, desolatus est. Isaię 6. Donec desolentur ciuitates absq; habitatore. Inde nomē שְׁאָה deuastatio, calamitas, desolatio. Psalmo 35. Veniat illi laqueus quem ignorat: pro quo rectius Hiero. Veniat ei calamitas: & uerbum in alia forma הִשְׁתָּאָה Genes. 24. Ipse aūt contemplabatur: rectius sic, & uir consternatus est propter eam: per metathesin thaū & schin literarum, ut in grammatica. Aliud significatum שְׁאוֹן tumultus, strepitus, sonitus, fremitus. Isaiæ 17. Et tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum sonabūt, populi sicut sonitus aquarū inundantium sonabunt. Omnia fremere significant.

✻ שָׁאַט Contempsit, spreuit, opprobrauit, translatio nostra uertit ambitionem. Ezechielis 16. Filiarū Palęstinarum quæ ambiunt te per gyrum: sed Theodotio aliquantulo melius traduxit sic: quæ abominantur te: Hebræi sic, ignominiose contemnentes te.

✻ שָׁאַל Quęsiuit, petiuit, interrogauit. Genē. 43. Interrogauit nos homo. & Isaię 7. Pete tibi signū à deo. Inde שְׁאֵלָה petitio, hoc est, donū, interrogatio, ꝙstio.

ut 3.

ut 3. Regum 2. Petitionem unam paruulam deprecor: & quandoq; euanescit aleph, & nō scribitur, ut 1. Regum 1. Deus Israēl det tibi petitionem tuam. Aliud significatum שְׁאוֹל fouea sepulchrum, infernus. Prouerbiorum 30. Infernus & os uuluæ, id est, sepulchrum siue mors. ut Genes. 42. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

שָׁאַן Quietus & pacatus sedit, reperitur tantum geminato nun finali sic שַׁאֲנַן opulentus, fertilis, exuberans fuit. Ieremiæ 48. Fertilis fuit Moab ab adulescentia sua. Item Isaię 32. Et in requie opulenta: & paulo superius, Mulieres opulentę surgite: & in masculino Amos. 6. Vę qui opulenti estis in Sion, id est, pacati estis.

שָׁאַף Insorpsit, inglutiuit, attraxit sicut anhelitū siue aērem, suspirauit, anhelauit. Iere. 2. In desyderio animæ suæ attraxit uentum amoris sui: & Isaiæ 42. Dissipabo & absorbebo simul. Sic Psalmo 109. Os meum aperui & attraxi spiritum. & Iere. 14. Attraxerūt uentū quasi dracones. Aliud significatū conculcare. Psalmo 56. Miserere mei deus quoniam cōculcauit me homo: quidam Hebræorum exponūt, etiā absorpsit. Aliud significatum, desyderare: Iob 7. Sicut ceruus desyderat umbram. Alij uero secundum primam significationem exponunt sicut ceruus suspirat umbram: sic Ecclesiast. 1. Oritur sol & occidit & ad locū suum reuertitur ibi renascens: quod exponūt sic, Et oritur sol & occidit sol, & ad locum suum anhelans oriturus est illic.

שָׁאַר Superfuit, reliquus fuit 1. Regum 16. Adhuc reliquus est paruulus & ecce pascit oues; & ab eo uerbū passiuum שָׁאַר 2. Regum 14. Vt non supersit uiro meo nomen & reliquię super terram: & Isaię 4. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion. Inde deriuata ut שְׁאֵרִית Sophon. 3. Reliquię Israēl nō facient iniquitatem. Sępe etiam caret aleph, ut שְׁרִית 1. Paralippomenon 12. Sed & omnes reliqui ex Israēl uno corde erant. Aliud significatū ultima per zere שְׁאֵר carnes uel caro, cibaria, quod translatio nostra uertit mensam, Psalm. 78. Aut portare mensam populo suo: Hebræi legūt, & S. Hiero. carnem: sic etiam exponit rabi Salomon, & ita paulo inferius. Et pluuit super eos sicut puluerē carnes. Aliud significatum שְׁאֵר & שְׁאֵרָה consanguineus, propinquus, proximus, Leuitici 18. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. Aliud significatū שְׁאֵר & מִשְׁאֶרֶת alimentum. Exodi 21. Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias & uestimenta & precium pudicicię non negabit: uerbum è uerbo sic, Si alteram acceperit sibi, alimenta, uestimēta & interesse non diminuat. Significat etiam omnem uictum. Deutero. 28. Et benedictæ reliquię tuæ, magistri hebręorum exponunt farinam sabactam. Aliud significatum שְׂאוֹר cum smol, fermentum, Exodi 12. In die primo nō erit fermentum in domibus uestris, & sic scribitur ultima per holem.

שְׂאֵת Tumidum, eleuatum, tumefactum, tuberculatum: & est species morphęę. Leuitici 13. Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color: uidetur ab alio uerbo esse deriuatum scilicet נָשָׂא uide supra.

שָׁבָב Præsegmē lignorum, nostra translatio uertit telas aranearū. Oseę 8.

Quoniam

magnus fortitudine. & Iob duodecimo. Qui multiplicat gẽtes & perdit eas: & inuenitur etiam ſcriptũ per he loco aleph. ut Iob octauo. Et nouiſſima tua multiplicentur nimis. quod in nouis codicibus ſcribitur per aleph, ſed in uetuſtiſſimis & emendatis ſcribitur per he loco aleph. Inuenitur etiam duplicatum.

שָׂגַב Exaltauit, extulit, eleuauit, releuauit. Deuteronomij 2. Non fuit uicus neq; ciuitas quæ noſtras effugerat manus, iterum rhetorica interpretatio non grammatica, ſed uerbum è uerbo ſic legitur: nõ erat ciuitas quę leuaret ſe ſuper nos ſeu à nobis. Iſaię 9. Et eleuabit dominus hoſtes Razin ſuper eum. Et in paſſiuo eiuſdẽ 33. Magnificatus eſt dominus, pro, exaltatus eſt: translatiões noſtrę plurimum interpretantur protectionem. ut Pſalmo 91. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ſed rectius Hieronymus ſic, exaltabo eum. Hinc nomẽ מִשְׂגָּב exaltatio.

שָׂגָה Errauit, ignorauit. Iob 6. Et ſi quid forte ignoraui, inſtruite me. & Leuitici 4. quod ſi omnis turba filiorum Iſraël ignorauerit. Et mutatur he in aleph quandoq;, Pſalmo 19. Delicta quis intelligit: rectius Hieronymus errores. ſic Aquila Symmachus & Hieronymus titulum Pſalmi 7. traduxerunt pro ignoratione. Omnia inde deriuata, ut שְׂגִיא & מִשְׂגֶּה ſignificant peccatum ignorantię craſſę. uel ſecundum alios etiam curam & laborem. ut Prouerbiorum 20. Qui cumq; ijs delectatur non erit ſapiens. pro qui laborat in eo, uel ſollicitatur & negociatur in eo. Inde faciens errare. Iob 28. Qui decipit iuſtos in uia mala. & Deuteronomij 27. Maledictus qui errare facit cœcũ in itinere. Aliud ſignificatũ apprehendere. Deute. 28. Et apprehẽdent te.

שָׂגַח Aſpexit, proſpexit, reſpexit. Canticorum 2. Reſpiciens per feneſtras.

שָׂגַל Violauit, ſubagitauit. Zachariæ 14. Et mulieres uiolabuntur. Inde uxor שְׂגַל coniunx, mulier. Pſalmo 45. Aſtitit regina à dextris tuis. quod rectius uertit Hiero. Stetit coniunx ad dexteram tuam. & Deuteronomij 8. Vxorem accipies & uir alius dormiet cũ ea, id eſt, ſubagitabit eam.

שָׂגַע Furit, amens fuit, inſenſatus attonitus ſtupens fuit. Deuterono. 28. Et ſtupens ad terrorem eorum quę uidebũt oculi tui. Inde nomen שִׂגָּעוֹן aliud paulo ſuperius, ut in eodem. Percutiat te dominus amentia & cœcitate. Inde מְשֻׁגָּע furioſus & maniacus.

שְׂגַר Pecus recens natum, ſeu fructus pecoris. Exodi 13. Et quod primitiuũ eſt in pecoribus tuis. & Deuteronomij 7. Et iumentis & gregibus ouiũ tuarum.

שַׁד Mamma, uber. Threnorum 4. Sed & lamiæ nudauerunt mammam: & pluraliter Geneſ. 49. Benedictionibus uberum & uuluę. & Canticorum 1. Inter ubera mea commorabitur. Aliud ſignificatum שֵׁד per zere, dęmoniũ. Exodi 32. Imolauerunt dæmonijs & non deo.

שָׁדַד Vaſtauit, depopulatus eſt. Ezech. 32. Et uaſtabũt ſuperbiam Ægyptiorum, & participium actiuum & paſſiuum. Iſaię 33. Vę qui prędaris non ne & ipſe prędaberis, uerbũ è uerbo ſic. Hoe deuaſtans & tu nõ deuaſtatus: & nomen שֹׁד uaſtitas & depopulatio. Amos 5. Vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert. Aliud ſignificatum שַׁדַּי ſadai, fortis, magnus,

omnipotens. Geneſis 17. Ego deus omnipotens. & ab illo honore intelligũt uerſiculum Eccleſiaſtis 2. Scyphos & urceolos in miniſterio ad uina fundenda: quod ſic exponunt atq; uertunt: honorẽ & magnificẽtias, nam quod dicitur ad uina fundenda, non eſt de textu, & ideo obeliſco effodiendum. Aliud ſignificatum שָׁדַר agricolare. Oſeæ 10. Confringet ſibi ſulcos Iacob. Inde שָׂדֶה ager ſiue campus. Geneſis 4. Cumq; eſſent in agro: & ſic regio, uaſtitas ſiue locus campeſtris: & ſic amittit unum daleth & accipit in fine he, ſignificatq; terram ſiue tellurem.

✻ שְׁדֵמָה Cata paragogen he finalis fœminini generis incultum ſignificat, & aridum. Iſaię 37. Et herba tectorũ quę exaruit antequam matureſceret: et plura liter Deutero. 32. De uinea Sodomorum uinum eorum & de ſuburbanis Gomorrę, pro, ſylueſtribus & incultis campis Gomorræ. Aliud ſignificatũ, uallis, 4. Regum 23. Foras Ieruſalem in cõualle Cedron: & quia per eam uallẽ decurrit torrens, ideo pro torrente ſępe ſumitur, ut thargũ indicat. ſic Ieremię 31. Vniuerſam regionem mortis uſq; ad torrentem Cedron: ubi Hieronymus diuiſit uocabulum hoc in duo, ſed unum uocabulum eſt quod ſeptuaginta intactum reliquerunt, & aſſaremoth poſuerunt, ſicut etiam in quibuſdã antiquis codicibus hebraicis legitur, quanquam inueniam ad notationem illic ſignatam non שְׁדֵמוֹת ſed שִׁדְמוֹת eſſe legendam. Eſt autẽ Cedron quod hebraice קִדְרוֹן dicitur nomen quondam obſcurę uallis propè Ieruſalem ab obſcuritate atq; tenebris ſic nominatę, per quam defluit torrens quandoq; obſcure apparens, quandoq; aridus & exiccatus: nam Hieronymus in prędfato Ieremię loco kidron interpretatur tenebras in commentarijs, unde uidentur errare qui paſſionem Chriſti exponunt trans torrentem cedron pro cedrorum, quamuis enim κεδρῶν Græce ſignificet Latine cedrorum, tamen nõ ſic eſt in hebraico ubi ponitur kidron nomen proprium uallis.

✻ שָׁדַף Exaruit, arefactus eſt. 4. Reg. 19. Herba tectorum quę arefacta eſt antequã ueniret ad maturitatẽ. Inde שְׁדָפוֹן ariditas, quod trãflatio noſtra aërem corruptum interpretatur. Deuterono. 28. Et aëre corrupto & rubigine.

✻ שְׁדֵרָה Tabulatum: translatio noſtra laqueare uertit, 3. Reg. 6. Texit quoque domum laquearibus cędrinis.

✻ שֶׂה Pecus. Ezechie. 34. Ecce ego ipſe iudico inter pecus pinguę & macilentũ. ſed tranſlatio noſtra tranſumpſit hoc uocabulũ ad uictimã. Gene. 22. Vbi eſt uictima holocauſti: et infra, Deus prouidebit ſibi uictimam holocauſti fili mi, pro, pecus ad holocauſtũ: & eſt generis cõmunis, quia eſt genus & tranſumitur pro omnibus alijs pecudibus, prędſertim pro oue & capra. Cum affixis mutatur he in iod.

✻ שָׂהֵד Teſtis, conſcius. Iob 16. teſtis meus & conſcius meus in excelſis.

✻ שֹׁהַם Onyx, uel onychinus. Geneſis primo. Ibiq; inuenitur bdellium & lapis onychinus.

✻ שַׁהֲרוֹן Ornamentũ equorũ ſeu camelorum, quas uocant lunulas: nam & chaldęis luna dicit סִיהֲרָא. Iudic. 8. Et tulit ornamẽta ac bullas de collo camelorũ.

✻ תְּשׁוּאָה Clamor, fremitus. Zacharię 4. Et exęquabit gratiam gratiæ eius:

recte

recte sic. Et educet lapidem primarium. Clamores grates grates sibi. uel sic fremitus et clamor gratia gratia ei. Aliud significatum שְׁוְא uacuū, uanum, inane, frustratoriū, Iob 7. Sic & ego habui menses uacuos. & Exodi 20. Nō assumes nomen domini dei tui in uanum.

שׁוּב Vertit, reuertit, cōuertit, absolute. Isaiæ 6. Et conuertatur & sanem eum. & Canticorum sexto, Reuertere reuertere Sulamithis, non sunamithis, sed sulamith, id est, integra & perfecta. & Ecclesiastis 1. Et in circulos suos reuertitur. Inde uerba grauia & transitiua הֲשִׁיב & שׁוֹבֵב quæ significant facere reuerti, id est, reddere, donare, & respondere ac similia. Psalm. 51. Redde mihi læticiam salutaris tui: & quādoq; patitur beth geminatum, Psalmo 23. Animam meam conuertet. Et Ieremię 8. Et qui auersus est nō reuertetur: quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa. Aliud significatum residere, quiescere, habitare, ut in iam citato Psalmo: & ut inhabitē in domo domini. Hieronymus sic, Et habitabo in domo domini. Inde מוֹשָׁב sessio, residentia, sella, cathedra, Psalmo 1. Et in cathedra pestilentiæ non sedit, pro, & in sessione derisorum nō habitauit. Aliud significatū שׁוּב cū smol, decrepitum seu canum esse. primo Regum duodecimo. Ego autē senui & incanui. Hinc שֵׂיבָה canicies.

שׂוּד Liniuit uel obduxit calce uel gipso. Deutero. 27. Et leuigabis eos calce: & paulo ante, Eriges ingentes lapides & calce leuigabis eos. Alij per שִׂיד cinerē putant significari. Isaię 33. Et erunt populi quasi de incendio cinis. scribitur autem sæpe samech pro schin.

שָׁוָה Aequauit, adęquauit, parificauit. Isaiæ 28. Nonne cum adęquauerit faciem eius: & eiusdem quadragesimo, Cui assimilastis me & adæquastis dicit sanctus. Inde שָׁוֶה æquum, par, & ęquabile, siue placitum. Aliud significatū effecit, fecit, posuit. Psalmo 89. Posui adiutorium in potente. & Psalmo 16. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: rectius autem Hieronymus pręposui dominum, omnia deriuata eius significant ponere.

שׂוּחַ Inclinauit, incuruauit, prærupit. Prouerbiorū 2. Inclinata est ad mortem domus eius. Inde dicitur שׁוּחָה fouea in quam aliquid inclinat. Ieremię decimooctauo. Foderunt foueam animæ meæ, & sic sepulchrum corpori.

שִׂיחַ Locutus est, sermocinatus est Psalmo 69. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. & Psalmo 119. In mādatis tuis meditabor, id est, loquar meditatam orationem. & Psalmo 143. In factis manuum tuarum meditabor, id est, mentis conceptum omnem expromam & eloquar: hęc enim est proprietas uocabuli, ut Isaię 53. Generationem eius quis enarrabit, id est, præmeditate & composite secundum mentis suæ conceptū eloquetur. Sic in titulo Psami 102. Et coram domino effundit precem suam, rectius Hieronymus. Effunderet eloquium suum: sed & supra auditum est quod שִׂיחַ significat etiam meditationem, machinationem, & practicam aliquam latentem hominis.

שׂוּט Spaciatus est, circuiuit, Numeri 11. Circuibatq; populus & colligēs illud frāgebat mola. & transitiue שׂוֹטֵט Ieremiæ quinto, Circuite uias Ierusalē,

& sic geminat literam teth. Aliud significatum שׁוּט crepitus flagelli aurigæ. Nahum 3. Vox flagelli & uox impetus rotæ, & est negocium aurigæ quadrigarum: & sic flagellum, baculus, uirga. Aliud significatum שִׁטִּים ligna picea. Exodi 25. Ligna setim: & paragoge he cum epenthesi iod שִׁיטָה loco uau, genus arbusti quod uocatur acanthus, à nostris spina. Isaiæ quadragesimoprimo, Cedrũ & spinam & myrtum.

שׂוּךְ Sepiuit, uepribus & spinis & frondibus circumplexis uallauit. Oseę secundo. Ecce ego sepiam uiam tuam spinis. Hinc nomen מְשׂוּכָה sepes.

שׂוּל Fimbria, quod nostra translatio circumloquitur. Exodi 28. Deorsum uero ad pedes eiusdem tunicę per circuitum, hoc totum hebraice legitur, super fimbriam.

שׂוּם Posuit, reposuit, fecit, aduertit. Exodi 4. Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum & surdum. & Haggei 2. Antequã ponetur lapis super lapidem in templo domini. & 4 Regum 9. Depinxit oculos stibio: uerbum è uerbo sic, Et posuit in fuco oculos eius: quàm constructionem ita uertunt grammatici. Et posuit fucum in oculos eius. Aliud significatum שׂוּם allium. Numeri undecimo, Porris & cepe & allia.

שָׁוַע Clamauit. Psalm. 18. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret. & nomen שַׁוְעָה Ieremię 8. Ecce uox clamoris filię populi mei, & transfertur ad ululatum 1 Reg. 5. Et ascendebat ululatus uniuscuiusq; in cœlũ. Aliud significatũ שָׁשַׂע oblinere, inungere, leuigare. Isaiæ 6. Et oculos eius claude, pro, obline: secundũ hoc rabi Ioseph pater Dauidis kimhi exponit uersiculum, Ezechi. 16. ubi nos legimus, Et aqua non es lota in salutem: aliter sic, Et aquis non es lota ad leue, id est, ut sis leuis instar glabriõis & quasi uncta. Aliud significatum שׁוּעַ diues, honoratus, potẽs. Ezechielis 23. Nobiles tyrannosq; & principes. uult dicere uerbum è uerbo sic. Præfectum, diuitem & potentem: sic Iob 34. Nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem, pro, & non agnitus est diues prę paupere, uel ante pauperem.

שׁוּחַ Conquassauit, percussit, contudit, contriuit, conculcauit. Geneseos 3. Ipsa conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo eius. Aliud significatum obscurare, obtenebrare. Psalmo centesimo tricesimonono. Et dixi forsitan tenebræ conculcabũt me: ubi interpretatio est de prima significatione, sed rectius postea Hieronymus in suo psalterio, forsitan tenebrę operient me, pro, obscurabũt me.

שׁוֹק Appetiuit, desyderauit, concupiuit. Psalmo 65. Visitasti terram & inebriasti eam: pro quo legunt, Et concupiscere fecisti eam, scilicet ut satietur: sic Geneseos tertio, pro eo quod legimus. Et sub uiri potestate eris: hebraica ueritas habet תְּשׁוּקָה Et ad uirum tuum desyderium seu cõcupiscentia tua. similiter eiusdem quarto. Sub te erit appetitus eius. Aliud significatum תְּשִׁישׁ crepere, stridere & sonare in modum rei onustæ atq; exagitatę, ut Ioëlis 2. Et redundabunt torcularia uino & oleo. Aliud significatum שׁוּק platea. Ecclesiastis duodecimo. Et circuibunt in platea plangentes: sic paulo superius. Et claudent ostia in platea. Aliud significatum שׁוֹק crus. Cantico rum 5. Crura illius columnę marmoreę,

& transumitur

& transumitur ad armum pecoris: Exodi 29. Armumq; dexterū: & à primo significato deriuatur uerbum commune, Nahum 2. Colliſæ ſunt in plateis, pro, crepuerunt uel ſtridore ſonuerunt.

שִׁיר Cecinit, cantauit: ut Pſalmo ſeptimo in titulo. Pro ignorantia Dauid qui cecinit domino. Inde שִׁר nomen: Eccleſiaſtis 2. Feci mihi cantores & cantatrices. Item uerbum graue Exodi 15. Tūc cecinit Moſes & filij Iſraël carmen hoc dño: & titulus Salomonis שִׁיר הַשִּׁירִים Cantica canticorum. Aliud ſignificatum aſpicere, intueri. Numeri quarto. Intuebor illum ſed non prope: & Canticorum 4. Coronaberis de capite Amana, rectius ſic: proſpice de uertice Amana &c. Aliud ſignificatum, offerre, donare, primo Regum nono. Et ſportulam non habemus ut demus homini dei: rectius ſic de uerbo ad uerbum. Et תִּשׁוּרָה oblatio nulla ad offerēdum uiro dei. Aliud ſignificatum שׁוּר murus. Geneſis 49. Filiæ diſcurrerunt ſuper murum: & Pſalmo decimooctauo. In deo meo tranſgrediar murum. Aliud שׁוֹר bos, taurus. Leuitici 22. Bos, ouis & capra.

שׁוֹר Dominatus eſt, principauit, regnauit: Iudicum nono. Regnauit itaq; Abimelech ſuper Iſraël tribus annis. Inde שַׂר nomen. Ioſue quinto. Sum princeps exercitus domini. Aliud ſignificatū per præpoſitionem mem & paragogen he מְשׂוּרָה menſura. Leuitici decimonono. In pondere & in menſura.

שׂוּשׂ Exultauit, lætatus eſt, gauiſus eſt. Deuteronomij 28. Et ſicut antea lætatus eſt dominus ſuper uos bene uobis faciens, ſic lætabitur diſperdens uos: & uerbum graue Pſalmo ſeptuageſimo. Exultent & lætentur in te. Inde nomen מְשׂוֹשׂ Pſalmo quinquageſimoprimo. Auditui meo dabis gaudiū & lęticiam.

שׂוּת Locauit, poſuit, fundauit: Geneſis quarto. Vocauitq; nomen eius Seth dicēs: poſuit mihi deus ſemē aliud: & Palmo 73. Ponere in deo meo ſpem meam: rectius, poſui: & eodem. Poſuerūt in cœlum os ſuum, aliter interpretatur: Pſalmo decimoſeptimo. Et oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Hieronymus. Oculos ſuos poſuerunt declinare: & recte quidem ſtatuere quoq; ſignificat & inſtituere & componere. Prouerbiorū ſeptimo. In ornatu meretricio, rectius ſic, Inſtituens meretricem. In imperatiuo habet plerunq; שִׂית cum iod. Inuenitur etiam שָׁת pro natibus: ſecundo Regum decimo.

שָׁזַף Aſpexit, intuitus eſt: Iob 28. Nec intuitus eſt eum oculus uulturis: & Canticorum 1. Quia decolorauit me ſol, rectius ſic, Quoniam aſpexit me ſol.

מְשֻׁזָּר Retortum & duplicatum, ſicut ſolēt duo fila conduplicari in funiculum. Exodi 27. De biſſo retorta.

שָׁחָה Humiliauit, curuauit, inclinauit abſolute: Iob nono. Et ſub quo curuantur: & Iſaiæ ſecundo. Et incuruabitur omnis ſublimitas hominum: & Micheæ ſexto. Et humiliatio tua in medio tui. Inde uerbum הִשְׁתַּחֲוָה in forma hithpael adorare, genuflectere, ſeu inclinare: Geneſis triceſimotertio. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, id eſt, inclinauit. Inde nomina & alia deriuata eiuſdem ſignificationis,

שֹׁחַד Munus, donum. Pſalmo decimoquinto. Et munus ſuper innocentē non accepit; & primo Regum octauo.

Acceperunt munera & peruerterunt iudicium. Et uerbaliter Iob 6.

✻ שָׁחָה Natauit: Isaiæ 25. Sicut extendit natans ad natandum: & Ezechielis 47. Intumuerant aquæ torrentis qui non potest transuadari. Inde dicitur remus & remex. Porro שָׁחָה cum iamin significat incuruare: & hinc uerbū hithpael הִשְׁתַּחֲוָה adorauit pronus.

✻ שָׁחַט Occidit, imolauit, iugulauit: Leuitici 1. Imolauitq; uitulum coram domino: sic 2. Paralippomenon 30. Imolauerunt autem phase: & infra, Imolauerunt Leuitę phase ijs qui non occurrerāt sanctificari domino: rectius uerbū è uerbo sic, Et Leuitę super occisione uel iugulatione paschatum unicuiq; non mundato. Aliud significatum metallare & tractare malleo. Inde malleare uel diducere, & sic significat metallum ductile siue tractabile: 3. Regum 10. Fecitq; rex Salomō ducenta scuta de auro purissimo: rectius de auro ductili & tractabili. Item שָׁחַט cum smol, expressit: Genesis 40.

✻ שַׁחַל Leo, alij putant leopardū, translatio nostra uertit aspidem: Psalmo 71. Super aspidem & basiliscum ambulabis: sic Iob 4. Rugitus leonis & uox leenę. In lingua magistrorum est species noctuæ, sed nihil ad hunc locū. Item שְׁחֵלֶת species quędam aromatis: Exodi 30.

✻ שְׁחִין Pustula, scabies, ulceratio, lichenæ: Exodi 9. Erunt enim in hominibus & iumentis ulcera & uesicæ turgentes in uniuersa terra Ægypti. Nota plagam qua terram nostram percussit deus ab anno domini 1497. usq; in hunc diem & nondum finis.

✻ שְׁחִיס Quod ex radice primum pullulat per metathesin samech & schin: ut 4. Regum 19. In secundo autem annō quæ sponte nascūtur. שְׁחָמָה Tumor, translatio nostra uertit egestas: Deuteronomij 28. Percutiat te dominus egestate. Aliud significatum שְׁחַף uolucris genus quam larum uocat nostra translatio. Leuitici 11. Et larum & accipitrē, Hebræi quidam ardeam nominant.

✻ שַׁחַץ Superbum, superbia: Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ.

✻ שָׁחַק Contudit: Exodi 30. Cumq; in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis. Aliud significatum שַׁחַק nubes: Psalmo 89. Quis in nubibus æquabitur domino. Aliud significatum שָׂחַק derisit, lusit, illusit, lasciuiuit: Threnorum 1. Et derisерunt sabbata eius: & Ecclesiastis 2. Risum putaui errorem: & eiusdem 10. In risu faciunt panem: & Iudicum 16. Vt uocaretur Samson & ante eos luderet. Est autem שְׂחוֹק & מְשַׂחֵק risus.

